FLORAE ROMANAE PRODROMUS EXHIBENS CENTURIAS 12...

Antonio Sebastiani, Ernesto Mauri



FLORAE ROMANAE
PRODROMUS

EXHIBENS

CENTURIAS XII PLANTARUM

CIRCA ROMAM

ET IN CISAPENNINIS PONTIFICIAE DITIONIS PROVINCIIS
SPONTE NASCENTIUM

SEXUALI SYSTEMATE DIGESTAS

AUCTORIBUS

ANTONIO SEBASTIANI M.D.P.B.P.

ET

ERNESTO MAURI.

...: Nullis hominum cogentibus ipsae
Sponte sua veniunt....
Virg. Georg. L. 2.

ROMAE MDCCCXVIII.
APUD VINC. POGGIOLI R.C.A. TYPOGRAPHUM
Superiorum permissu.

PIO SEPTIMO

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

ANTONIUS SEBASTIANI ET ERNESTUS MAURI

FELICITATEM

Tibi, Beatissime Pater, hanc de re herbaria opellam dicari, tuoque subjici patrocinio mirabitur nemo, nisi qui, quid valeant bonae omnes, licet prophanae vocentur disciplinae, quamque cum sacris illis ac praestantioribus, qua-

rum Tu es Doctor ac Magister habeant cognationem, quantumque emolumenti afferre possint Religioni, penitus ignoret. Tibi vero, pro ea qua gaudes in omnibus doctrinis sagacitate et usu, notum probe atque perspectum est, Sapientissimum Regum disputasse *de lignis a cedro quae est in Libano usque ad hyssopum quae egreditur de pariete* (qua de caussa primus memoratur et optimus Botanicus); complures alios Reges et Principes eximios plantarum cognitione ac cultu mirifice fuisse delectatos. Notum est Tibi, infinitos SS. Scripturarum locos, ut intelligantur, Botanices studium desiderare, quemadmodum interpretes sacri passim testantur, ex quibus aliqui justis voluminibus plantas et flores, ad quos in Bibliis alluditur, doctissime prosecuti sunt; quorumque post vindemiam non parva superest adhuc racematio. Quid? quod ad vegetabile regnum contemplandum, ibique virtutem Dei demirandam Scripturae nos provocant? Exempli loco, quam suaviter Reparator noster Christus Jesus oculos animumque jubet intendere in *lilia agri*, ut postquam perspexerimus quam largiter illa ornarit Deus, deducamus quanto majorem curam de nobis Deus gerat, et qua fide ac spe ejus in nos providentiae inniti debeamus! Equidem sic putamus, sic tenemus, mentem pulcerrimae Naturae spectaculo se oblectantem, decori et honesti purissimas notitias esse imbibituram; hominemque captum botanicis deliciis non posse non fieri religiosiorem, moribusque sanctiorem, utpote qui existentiam Dei, poten-

tiam, bonitatem, providentiam, caeteraque attributa in unaquaque plantula ac flosculo cernat insculpta, eorumque venerationem quolibet intuitu sentiat sibi insinuari; dum e contra, cui tales venustates sordent, durissimi est animi atque in Auctorem Naturae ingratissimi, et sibi suisque moribus pessime consulit, tot ad Deum cognoscendum amandumque incitamenta spernens, et poenas a Prophetis in eos qui *opera Dei non considerant* interminatas accersit. Quae Tu optime sciens, Beatissime Pater, cum omnium bonorum laude Theologiae naturali subvenisti, cum Cathedram in Romano Archigymnasio novam constituisti, ubi per botanica et alia Naturae miracula invisibilia Dei sempiterna ejus virtus et Divinitas intelligenda et conspicienda sisterentur. Jure ergo meritoque speramus Te benignis oculis adspecturum, et favore complexurum hoc opus eo fine susceptum absolutumque, ut tam frugifera rebusque sacris adeo cognata disciplina summo civium bono excolatur. Seposita autem praecipua dignitate Tua, qua Fidei Morumque Doctor es atque Exemplar, munusculum nostrum non despectum iri confidimus, eo quod Rex es sub ditorum tuorum amantissimus, atque omnium quae eorum sanitatem tueri et felicitatem augere possunt studiosissimus. Porro mirum, quantum botanica doctrina Oeconomiae politicae utilis sit, dum novas assidue monstrat opes, quae a beatissima hac terra sponte suggeruntur; mirum quantum Medicinae, quae si vegetabilibus careat remediis, potius quam

vitae, saepe ministra mortis evadet, rapiens homines ante diem et funere mergens acerbo. Accedit in Urbe hac celeberrima, ubi auxiliis praesidiisque Tuis Scientiae florent universae non esse studium et incrementum illius praetermittendum, quae nulli cedit utilitate ac jucunditate, qua se aliae gentes ac finitimi populi jactant, ac sine qua incuriosi vel contemptores divitiarum nostrarum, stupidi bardi ac pene barbari haberemur. Qua de caussa Tu et veterem practicae Botanices Cathedram restituisti, et ampliorem Hortum botanicum dono largitus es, qui jugi ope Tua, et Praesidum curis brevi inter alios qui per Europam celebrantur aliquo nomine censebitur. Accipe igitur, Beatissime Pater, hoc exiguum leveque nostrorum laborum specimen, quod si Tibi placuerit, animos viresque sumemus ad majora quae inceptavimus perficienda. Interim, dum Deum O. M. cujus vices in terris geris, ut publicis Ecclesiae et Regni commodis diu Te sospitem servet deprecamur, ac humillime pedes Tuos osculamur, benedictionem Apostolicam coelestium munerum fontem amanter impertire.

Romae. Kal. Septembr. Ann. 1818.

L. B.

Rudimentum amplioris operis a naturae investigatoribus ardenti animo exoptati, quo plantae enumerentur in Urbis Agro et finitimis provinciis sponte crescentes Volumine nostro proponitur. Qui hoc tibi, Lector benevole, illius quasi praeludium exhibemus, dum campum ingredimur nihil vel parum admodum exploratum excultumque, regionis nulli celebritate secundae primi dici *Floristae* gloriamur.

Aeterna Urbs, quae populos universos armis subegit, quaeque tot tantisque calamitatibus superstes orbem pacifico Religionis sceptro dominatur, uti se ostentat refertam opibus omnigenis, quibus eam veteres triumphi artesque decorarunt, ita ubique splendet naturae bonis, sibique gaudet tam liberali manu fuisse locupletatam, ut neque hoc nomine aliae ulli regioni cedere debeat vel invidere. Et revera si intra ejus pomaeria, et in ipso telluris sinu rei archeologicae et historicae indagatores, pulchrarumque artium, et literarum, nec non severiorum quoque studiorum cultores unde suam expleant aviditatem abunde inveniunt, non minus operum naturae investigatoribus larga suppetit copia rerum ad progressum et amplificationem studiorum suorum conducentium; quin imo ut plurimum novum pretium ipsi naturae muneribus suppeditant, novamque investigandi cupiditatem excitare valent ea loca, et veneranda antiquitatis vestigia, quae nostris mentibus a teneris unguiculis infixa, religione quadam solent nos commovere. Quo fit, ut Philosophus, dum thesaurum stupet huc a se repertum, sibi sentiat renovari notitias veterum temporum et maximorum virorum, qui loca haec ipsa aut extruxerunt, aut ornarunt, aut excoluerunt; atque ita in altissimas rapitur contemplationes vulgaribus hominibus non concessas, et veluti adsistens illustri illi aevo, ejusque particeps gloriae mira voluptate perfunditur.

Eadem ratione dum colles Urbis, planitiem, et montes qui circum stant visitat Geologus, aciem meditationum ultra historiae fines producens, vicissitudinum theatrum hocce gaudet salutare, ubi monumenta et ruinas romani imperii antiquioribus et solemnioribus superimpositas adspicit, quae remotissimis Ignis et Aquae debentur imperiis. Pariter dum vias Romae et antiqua rudera explorat Botanophilus, aut ab oris mediterranei maris apennini dorsum conscendit agros percurrens, in quibus canones agrestium rerum immortales artis georgicae magistri didicerunt Cato, Varro, Virgilius, Columella, plurimi facere assuescit humilem muscum et squalidum lichen parietibus cretum, quae forte auro et gemmis Augustorum micabant, et sylvestrium florum segetem ibi luxuriantem, ubi consulares manus rastra et aratra versabant, et patricius sanguis, et doctissimus quisque Romanornm secessum et otia quaerebant; ac dum refert domum manipulos gaudet ac deliciatur ipsas recognoscens herbas, quae Virgilii, Horatii, aliorumque primae notae poetarum carminibus sunt celebratae.

In solo et veteris gloriae titulis insigni et ubertate propria laetissimo uterque nostrum exercitati sumus superioribus annis, et degustavimus illecebras et delicias amabilis scientiae, quae vegetabilium historiam persequitur. Horum autem studiorum specimen aliquod benigne ab eruditis exceptum praebuit jam alter nostrum, binos evulgans *Romanarum Plantarum Fasciculos*. Sed dum copiam rerum expendebamus, quas patria tellus sponte largiebatur, passim animadvertimus plurimum officere studiis nostris, quod deesset Catalogus philosophice digestus, enumerans divitias gazophilacii per quod incerti vagabamur. Cujus enim utilitatis esse poterat sive *Synopsis* Liberati Sabbati, sive *Catalogus plantarum Agri Romani* a Roggerio digestus et adnexus Dictionario pharmaceutico Donzellii? nec aliud hujusmodi opus extare scimus, si laboriosum illud excipias, quod a R.P. Maratta Academiae Romanae professore, aliis operibus in re botanica satis noto, quinquaginta circiter abhinc annis *Romanae Florae* titulo compositum fuisse comperimus; qnod tamen, cum ab auctore vivente in lu-

cem editum non fuerit, hactenus in tenebris delitescit. Ergo illico ipsi flagravimus desiderio tale opus complere junctis viribus, tum ut eorum commoditati consuleretur, qui Romae studio huic nostro in posterum operam dabunt, tum ut curiositati satisfactum fuerit exterorum, qui ex iis quae sparsim in Fabio Columna, Barrelerio, Bocconio, Scheuchzerio, Michelio, Triumfetto, aliisque antiquis auctoribus inveniunt, nec non ex sententia a Linnaeo summo pronunciata magnificam imbiberunt animo opinionem de hujus soli vegetabilibus.

Nec nos latebat quibus obruatur difficultatibus quisquis nondum inchoatam Floram primus aggreditur, quas quidem immensum augebat miseranda qua premebamur librorum inopia, praesertim post Linnaeum evulgatorum, quorum maxima pars nondum in publicis prostat, nec in privatis Urbis Bibliothecis. Quod gravissimum impedimentum, aliaque non pauca nobis nostraeque conditioni propria ac peculiaria, facili quidem negotio suaserunt impossibile penitus fore ut completum opus uno ictu conficeremus; non tamen adeo valuerunt ut nos ab eo suscipiendo, quo meliori fieri posset modo, deterrerent.

Qua de re constitutum fuit, ut ex plantis phaenogamis a nobis circa Romam collectis series ad numerum bis centum supra mille seligeretur, eaque opportune disposita Initium quasi Florae Urbis typis mandaretur. Cui Florae concinnandae, quatenus vires nostrae suppetant, separata in posterum edemus *Additamenta*, quae cum species exhibitura sint ad classes et genera hic expensa pertinentes, unasquasque ad suum in Systemate generali locum ope indicum poterunt amandare. Si Numinis favor eo usque nobis aderit, ut ex sequentibus nostris voluminibus Mantissa prodeat summam romanarum plantarum, cryptogamis nullatenus exceptis, exhauriens, tunc Index Generalis Mantissam cum Prodromo nectere poterit, et ita conjunctum opus nomen Florae Romanae sibi vindicabit. Quod nisi datum sit, et vota nostra aurae ventique diripiant, viam aliquomodo iis stravisse contenti erimus, qui melioribus avibus opus hoc in posterum sint aggressuri.

Floram universae Pontificiae Ditionis, immensum opus! conficere numquam cogitavimus. Provinciae quidem Orientales et quas Adriatica unda alluit, utpote nimium dissitae, et a naturali apennini limite sejunctae, merito ab Urbis Flora expungi posse visae sunt: nec tamen nostrum laborem intra fines peculiaris Territorii Urbis cohibendum existimavimus, tum quia Romanus Ager montosam regionem uberem plantarum nostratum sedem non attingit, tum (quod maxime attendendum est) quia ejus termini admodum irregulares, et ab arbitrio potius quam a natura constituti nec satis definiti videntur, nec a quovis facile dignoscuntur. Opportunius itaque putavimus particulari Urbis Florae eam sociare viciniorum Provinciarum, Latii nempe, Sabinae, Patrimonii S. Petri, et Umbriae, ita ut nostrarum inquisitionum Theatrum magnis et naturalibus lineis circumscribatur, hinc nempe aquis Tyrrheni maris, illinc finibus Neapolitani regni, Picenarum provinciarum, et ditionis Etruscae. Et hic quidem Prodromus praeter multas Agri Romani indigenas species, non paucas ex iis praebet, quae extra illum in variis peregrinationibus per contiguas provincias nostris manibus collectae sunt.

Cum in hoc opere conscribendo ante omnia consulamus utilitati tyronum scientiae botanicae, quorum studiis in Romana Universitate praeest alter nostrum, hinc classium distributionem illis magis accommodatam seligere totis viribus studuimus; et hoc nomine Linnaeanum systema caeteris anteponendum duximus, a quo tamen recentiorum aliquorum vestigiis inhaerentes expunximus Classes *Polyadelphiae*, et *Polygamiae*, et Ordinem *Syngenesiae monogamiae*; eademque de caussa in id praecipue incubuimus, ut accuratissimam traderemus expositionem characterum generum et specierum, quatenus saltem ex notionibus quas in libris promere dabatur, et examine inito super plantas vivas, vel in herbariis nostris asservatas id exequi licuit. Ut autem differentiae inter affinia classium genera uno veluti oculorum intuitu paterent, placuit eorum characteres essentiales in totidem series digerere, quas enumerationi specierum singulae Classis in formam *Clavis* praemittimus.

Genera et species a Linnaeo constitutas religiosissime servavimus, quoties ex hac methodo nihil manifeste incongruum videretur oriri, scientiae regeneratori tutissimo tamquam sideri oculos conversos jugiter habentes. Talis enim nostra fuit opinio, nec dissimile plurium Botanicorum longe praestantioris notae forte est judicium, bonas diagnoses accuratasque descriptiones multo facilius ad stirpium illustrationem conducere, quam irrequietam mutationum rotam, et importunam genera et species dilacerandi libidinem, quibus vexari hodie dolet res herbaria, et quae novas quotidie invehendo appellationes, potius quam difficultatibus occurrant, eam in pristinum chaos reducere minitantur.

Synonima auctorum, eorumque icones parce oportuit allegare, et ne in aliorum verba jurasse videremur, contenti ut plurimum fuimus illos in medium afferre, quibus familiarius uti datum erat. Consueto asterisci * signo auctorum nomina notavimus penes quos accuratas specierum descriptiones inveniebamus, ut dubitationibus obversantibus adiri utiliter possint.

Descriptiones nos ipsi fusiores e plantis vivis pro opportunitate confecimus, idque praecipue quoad *Gramineas*, et *Cyperaceas* difficillimas tyronibus familias, nec non quoad *Orchideas*, quarum stirpes indigenae accuratiorem Botanicorum illustrationem hactenus videntur desiderare; nec raro notabilem alienam observationem breviter retulimus, sive nostram, si quid novi invenisse visum fuerit, adjecimus sententiam.

Icones perpaucas ad novas, vel minus notas species illustrandas operi adposuimus, a nimio earum numero caventes, ne liber voluminis mole et pretii magnitudine iis fortasse incommodus evaderet, quorum usui fuerat prae caeteris addictus.

Loca natalia plantarum quas enumeramus sedulo indigitavimus, et praeter generalia adjuncta stationes ipsas, ubi propriis oculis minus vulgatas offendebamus, placuit memorare, quas citationes locorum vulgari idiomate conscribere maluimus, cum raro daretur sufficienti perspicuitate, et proprietate verborum eas latine reddere. Caeterum utinam Romanam Floram florido, uti tantam

pulchritudinem deceret, sermone ornare possemus, et hoc ipso lenocinio ad ejus studium animos allicere!

Orationi tandem finem non faciemus, quin publica grati animi testimonia iis reddamus scientiae amabilis cultoribus, qui suis consiliis et ope nos in studiis nostris substinuerunt et excitarunt. Horum in numero primas tenent celeberrimi viri *Bertoloni*, *Balbis*, *Savi*, *Targioni*, *Tenore*, *Bivona*, *Persoon* et *Decandolle*, quorum sententiam persaepe exquisivimus, quique nota eorum humanitate numquam nobis defuerunt. Quos illustres scientiae magistros, cum nostrarum rationum angustiam plane noscant, pro communis studii amore oramur obtestamurque, ne desinant nobis opitulari. Enixe interim a doctis omnibus Botanices cultoribus expetimus, ut nostrum hocce qualecumque opus, quod eis vehementer commendamus, benigno indulgentique animo excipiant.

NOMINUM CONTRACTORUM EXPLICATIO

Ait Kew. „ Aiton. Hortus Kewensis .
All Ped. „ Allioni . Flora Pedemontana .
Amoen. Acad. „ Linnaei . Amoenitates Academicae .
Barr. ic. vel *rar.* „ Barrelieri . Plantae per Galliam , Hispaniam et Italiam observatae .
Bauh. H. „ Johannis Bauhini . Historia plantarum universalis .
Bauh. Pin. „ Casparis Bauhini . Pinax Theatri Botanici .
Bauh. Prod. „ Casparis Bauhini . Prodomus Theatri Botanici .
Bert Pl. Gen. „ Bertoloni . Plantae Genuenses .
Bert. R. It. Pl. Dec. „ Bertoloni . Rariorum Italiae plantarum Decades .
Biv. Sic. Cent. „ Bivona . Sicularum plantarum Centuriae.
Biv. Tolp. „ Bivona . Delle Tolpidi .
Bocc. Mus. „ Boccone . Museo di piante rare .
Bocc. rar. vel *S.c.* „ Boccone . Icones et Descriptiones rariorum plantarum Siciliae , Melitae , Galliae et Italiae .
Buxb. Cent. „ Buxbaum. Centuriae quinque rariorum plantarum.
Caesalp. „ Caesalpini . De plantis lib. XVI.
Cam Ep. „ Camerarii . Epitome de plantis .
Cavan. Diss. „ Cavanilles . Monadelphiae Classis Dissertationes 10.
Cavan. Ic. „ Cavanilles . Icones et descriptiones plantarum .
C. B P. „ Casparis Bauhini . Pinax Theatri Botanici .
C. B. Prod. „ Casparis Bauhini . Prodromus Theatri Botanici .
Clus. H. „ Clusii . Plantarum Historia .
Col. Ecphr. „ Fabii Columnae . Ecphrasis minus cognitarum stirpium .
Col. Phyt. „ Fabii Columnae Phytobasanos.
Crantz Umb. „ Crantz . Classis umbellatarum emendata .
Cup. H. Cath. „ Cupani . Hortus Catholicus .
Curt. Mag. „ Curtis . Botanical Magazine .
Curt. Lond. „ Curtis . Flora Londinensis.
Cyr Fasc. „ Cyrilli . Fasciculi plantarum .
Dalech. H. „ Dalechampii . Historia generalis plantarum .
DC. Cat. H. Monsp. „ De Candolle Catalogus Horti Monspeliensis .
DC. vel *Decand. Fl. Fr.* „ Lamark et De Candolle . Flore Françoise .
DC. vel *Decand. Syn.* „ De Candolle . Synopsis Florae Gallicae .
Desf. Atl. „ Desfontaines . Flora Atlantica .
Dill. Elth. „ Dillenii . Hortus Elthamensis .

Dod. Pempt. „ Dodonaei. Pemptades 6.
Duham. Arb. „ Duhamel. Arbres et arbustes.
Enc. „ Encyclopedie méthodique: Botanique.
Fl. Dan. „ Flora Danica.
Fl. Ticin. „ Balbis et Nocca. Flora Ticinensis.
Fuchs. H. „ Fuchsii. Historia stirpium.
Gaertn. „ Gaertner. De fructibus et seminibus plantarum.
Gaud. Agr. „ Gaudin. Agrostographia Helvetica.
Gmel. S. Veg. „ Gmelin. Linnaei Systema vegetabilium.
Gouan. Monsp. „ Gouani. Hortus Monspeliensis.
Hall. Helv. „ Haller. Historia stirpium indigenarum Helvetiae.
Herm. Par. „ Hermanni Paradisus Batavus.
Hoffm. „ Hoffman. Deutschlands Flore.
Horn. Hafn. „ Hornemann. Hortus Hafnensis.
Hort. Rom. „ Hortus Romanus.
Host Gr. „ Host. Gramina Austriaca.
Huds. Angl. „ Hudson. Flora Anglica.
Jacq. Aust. „ Jacquini. Flora Austriaca.
Jacq. rar. „ Jacquini. Icones plantarum rariorum.
J. B. H. „ Johannis Bauhini. Historia plantarum universalis.
L. „ Linnaei Opera.
L' herit. „ L' heritier. Stirpes novae.
Linn. Sp. „ Linnaei. Species plantarum.
L. Mant. „ Linnaei. Mantissa.
Lob. adv. „ Lobelii. Stirpium adversaria nova.
Lob. ic. „ Lobelii. Icones stirpium.
Lois. G. vel *Loisel. Gall.* „ Loiseleur Deslongchamps. Flora Gallica.
Lois. Notic. „ Loiseleur Deslongchamps. Notice sur les plantes à ajouter à la Flore de France.
L. Suppl. „ Linnaei filii. Supplementum.
Matth. Valgr. „ Mattioli in Dioscoride edizione del Valgrisi.
Mich. Cat. H. Fl. „ Michelii. Catalogus Horti Florentini.
Mich. N. Pl. G. „ Michelii. Nova plantarum genera.
Monti in Zann. „ Monti in Zannoni. Historia Botanica.
Moris H. „ Morison. Historia plantarum.
Murr. S. Veg. „ Murray. Linnaei Systema Vegetabilium: editio 14.
Nob. „ Nobis.
Opusc. Scient. Bol. „ Opuscoli scientifici di Bologna.
Pal. d. Beauv. „ Palisot de Beauvois. Agrostographia nova.
Pers. E. „ Persoon. Synopsis plantarum, seu Enchiridion botanicum.
Raii. H. „ Raii. Historia plantarum.
Raii Syn. „ Raii. Synopsis methodica stirpium britannicarum.
Redout. lil. „ Redouté. Les liliacées.
Retz Obs. „ Retz. Observationes botanicae.
Riv. mon. „ Rivini. De plantis flore monopetalo irregulari.
Riv. tetr. „ Rivini. De plantis flore tetrapetalo irregulari.

Roem. S. Veg. „ Roemer et Schulthes. Linnaei Systema vegetabilium. Vol. 1,2.
Roth Cat. Bot. „ Roth. Catalecta botanica.
Roth Germ. „ Roth. Tentamen Florae Germanicae.
Savi B. E. „ Savi. Botanicon Etruscum.
Savi due Cent. „ Savi. Due Centurie di piante.
Savi Obs. in trif. „ Savi. Observationes in varias trifoliorum species.
Savi Pis. „ Savi. Flora Pisana.
Savi Tr. d. Alb. „ Savi. Trattato degli alberi della Toscana.
Scheuchz. Agr. „ Scheuchzeri. Agrostographia.
Schreb. gram. „ Schreber. Gramina.
Schreb. unil. „ Schreber. Plantarum unilabiatarum genera et species.
Scop. Carn. „ Scopoli. Flora Carniolica.
Seb. R. Pl. Fasc. „ Sebastiani. Romanarum plantarum Fasciculi.
Segu. Ver. „ Seguieri. Plantae Veronenses.
Sibth. Graec. „ Sibthorp. Flora Graeca.
Smith Br. „ Smith. Flora Britannica.
Syst. Veg. ed. 14. „ Linnaei Systema Vegetabilium (curante Murray) editio 14.
Tabern. ic. „ Tabernemontani. Icones plantarum.
Targ. Ist. „ Targioni-Tozzetti. Istituzioni botaniche.
Ten. Fl. Nap. „ Tenore. Flora Napolitana.
Ten. Fl. Neap. Pr. „ Tenore. Florae Neapolitanae Prodromus.
Ten. Syn. Nov. Pl. „ Tenore. Synopsis novarum plantarum etc.
Thuil. Par. „ Thuillier. Flora Parisiensis.
Till. Pis. „ Tilli. Catalogus plantarum horti Pisani.
Tourn. Cor. „ Tournefortii. Corollarium.
Tourn. Inst. „ Tournefortii. Institutiones Rei herbariae.
Triumf. Obs. „ Triumfetti. Observationes.
Vahl En. „ Vahl. Enumeratio plantarum.
Vahl Symb. „ Vahl. Symbolae botanicae.
Vaill. Par. „ Vaillant. Botanicon Parisiense.
Vill. Daup. vel *Delph.* „ Villars. Flore du Dauphiné.
Vitm. Sum. Pl. „ Vitman. Summa plantarum.
Viv. Ann. Bot. „ Viviani. Annales botanici.
Viv. Fl. It. Fr. „ Viviani. Florae Italicae Fragmenta.
W. En. H. B. „ Willdenowii. Enumeratio Horti Berolinensis.
W. Sp. „ Willdenow. Linnaei species plantarum.
Zannon. H. „ Zannoni. Historia botanica.

FLORAE ROMANAE
PRODROMUS

CLASSIS I.
MONANDRIA.

ORD. *Monogynia*.

(1) *SALICORNIA*. *Calix ventricosus, integer, 4-gonus. Petala nulla. Antherae 1-2. Stigmata 2. Semen 1, calyce inflato tectum.*

ORD. *Digynia*.

(2) *CALLITRICHE*. *Calix inferus, diphyllus. Capsula 2-locularis, 4-sperma, marginata. - Flores saepe monoici.*

MONANDRIA MONOGYNIA.

(1) SALICORNIA.

1. Herbacea. *L.* Herbacea, patula: articulis apice compressis, emarginato-bifidis; spicis axillaribus oppositis, pedunculatis; squamis obtusis. *W. Sp. - Pers. Ench. - Roem. Syst. Veg.* 1.
   S. herbacea. *All. Ped. - Smith Brit - Loisel. Gall. - DC. Syn.* Kali geniculatum sive salicornia. *Jo. Bauh. II.* 3. *p.* 705. *n.* 1, 2, 3. - *Dod. Pempt.* 82. S. geniculata annua. *Hort. Rom.* 8. *t.* 85.
   In litore marino communis. Ann. Floret Julio, Augusto. Fl. virides ut planta.
2. Fruticosa. *L.* Caule erecto, fruticoso; articulis ramulorum ancipitibus: squamis floralibus truncatis, membranaceis. *W. Sp. - Pers. E. - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 1.
   S. fruticosa. *Smith Brit. - Lois. Gall.* Kali *Camer. Epit.* 246. S. geniculata. *Hort. Rom.* 8. *t.* 84.
   In maritimis frequens. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. colore plantae.

(2) CALLITRICHE.

3. VERNA. *L.* Foliis trinerviis; superne aggregatis, majoribus: seminum margine obtusiusculo. *Walemb. Fl. Carp.* 2.- *Roem. S. Veg.* 1.
C. sessilis. *DC. Fl. Fr.*
α. Foliis omnibus elongato-obovatis. *Roem. l. c.*
C. verna. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*
β. Foliis inferioribus linearibus, emarginatis, superioribus ovalibus. *Roem. l. c.*
C. intermedia. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* C. dubia. *Roth. Germ.*-*Thuil. Par.*
In fossis aquosis varietates ambo copiose. Ann. Floret vere ad æstatem. Fl. dilute flavi, monoici.

4. AUTUMNALIS. *L.* Foliis omnibus per caulem sparsis æqualibus, uninerviis, truncatis: seminum marginibus membranaceis. *Walemb. Fl. Carp.* - *Roem. S. Veg.* 1.
C. autumnalis. *All. Ped.*-*W. Sp.*-*Pers. E*-*Lois. G.* C. aquatica γ autumnalis. *Smith. Br.* Alsine aquatica minor s. fluitans. *C. B. P.* 257.
In aquis quietis. *Alle paludi pontine* ... Ann. Floret autumno. Fl. spurco-albi, monoici.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

ORD. *Monogynia*.

(3) *JASMINUM* . *Calix* 5-*fidus* . *Corolla hypocrateriformis*, 5-8-*fida* . *Bacca dicocca* . *Semina solitaria* , *arillata* .
(4) *LIGUSTRUM* . *Calix minimus* 4-*dentatus*. *Corolla* 4-*fida* . *Bacca supera unilocularis* , 2-4-*sperma* .
(5) *PHILLYREA* . *Calix minimus* 4-*dentatus* . *Corolla brevis*, 4-*fida* . *Bacca unilocularis*, *monosperma*.
(6) *OLEA* . *Calix* 4-*dentatus* . *Corolla* 4-*fida* , *laciniis sub-ovatis* . *Drupa monosperma* .
(7) *ORNUS* . *Calix* 4-*partitus* . *Corolla* 4-*partita* , *segmentis longis ligulatis* . *Filamenta longa* . *Capsula plana linguiformis monosperma* .
(8) *CIRCÆA* . *Calix diphyllus superus* . *Corolla dipetala* . *Capsula hispida bilocularis* , *basi dehiscens* , *loculis monospermis* . *Stamina exerta* .
(9) *VERONICA* . *Corolla rotata limbo* 4-*partito* , *lacinia infima angustiore* . *Capsula supera* , *bilocularis* .
(10) *GRATIOLA* . *Calix* 5-*fidus* , *basi* 2-*bracteatus* . *Corolla tubulosa* , *limbo ringens* , *resupinata*. *Filamenta* 4 (*duo saepius sterilia*) . *Capsula* 2-*locularis polysperma* .
(11) *LYCOPUS* . *Calix tubulosus* 5-*fidus* . *Corolla tubulosa* , *sub-aequalis* , 4-*fida* ; *lacinia superiore latiore* , *emarginata* . *Stamina distantia* . *Semina* 4, *retusa* .
(12) *ROSMARINUS* , *Calix* 2-*labiatus* . *Corolla ringens* , *labio superiore bipartito* . *Filamenta longa*, *curva* , *simplicia cum dente* .
(13) *SALVIA* . *Calix* 2-*labiatus* . *Corolla ringens* . *Filamenta transverse pedicello affixa* .

ORD. *Digynia*.

(14) *ANTHOXANTHUM*. *Calix bivalvis* , *uniflorus* . *Corolla* 2-*valvis* , *acuminata* , *aristata* . *Glumae duae accessoriae liberae hinc inde a corolla* .

DIANDRIA MONOGYNIA.

(3) JASMINUM.

5. Officinale. *L.* Foliis oppositis, pinnatis; foliolis acuminatis: gemmulis erectiusculis. *Ait. Kew*, 10-*W. Sp.*-*Pers. E.*- *DC. Syn.* - *Savi Alb. d. Tosc.* 2. *p.* 9.

J. officinale. *All. Ped.-Lois. G. - Roem. S. Veg.* 1. *-Blackw. t.* 13. Gelseminum, vulgatius jasminum. *Lob. ic.* 2. *p.* 105.

In sepibus passim sponte: indica planta. Vulg. *gelsomino*. Frutex. Floret aestate. Fl. albi.

(4) LIGUSTRUM.

6. VULGARE. *L.* Foliis elliptico-lanceolatis, glabris, oppositis; racemis compositis coarctatis. *Vahl.-Savi Bot. E.* 2. *p.* 1.

L. vulgare. *All. Ped.-Smith. Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-DC. Syn.- Roem. S. Veg.* 1. L. *Lob. ic.* 2. *p.* 131. - *Dodon. Pempt.* 775.

Ad sepes vulgaris. Ital. *Ligustro*. Frut. Floret Majo, Junio. Fl. albi.

(5) PHILLYREA.

7. MEDIA. *L.* Foliis oblongo-lanceolatis, integris serratisque. *Ait. Kew.* 77.*-W. Sp.-Pers. E.-Savi. Alb. d. Tosc.* 1. *p.* 149.

Ph. media. *All. Ped.-Lois. G-Roem. S. Veg.* 1. Ph. tertia. *Clus. H.* 52. Ph. *Matthiol.* 189. *-Duham.* 2. *t.* 25.

In sylvaticis circa urbem, et ad sepes. Frut. Floret Martio, Aprili. Fl. albidi.

8. ANGUSTIFOLIA. *L.* Foliis lineari-lanceolatis, integerrimis. *L.-All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Savi Alb. d. Tosc.* 1. *p.* 149. - *DC. Syn.- Roem. S. Veg.* 1.

Ph. angustifolia. *Lob. ic.* 2. *p.* 132. Ph. quarta et quinta. *Pluk. H.* 52.

Cum praecedenti, cui nimium affinis. Frut. Floret Martio, Aprili. Fl. albidi.

(6) OLEA.

9. EUROPAEA. *L.* Foliis lanceolatis integerrimis: racemis axillaribus coarctatis. *Ait. Kew.-W. Sp.-Pers. E.-Savi Alb. d. Tosc.* 2. *p.* 128.

O. europaea. *DC. Syn.*

α. Sylvestris. *L.-W. Sp.-β. Lois. G.*

O. oleaster. *Hoffmannsegg.* Foliis oblongis mucronatis, integerrimis; junioribus subtus sub-incanis: ramis spinescentibus. *Fl. portug.* 1. *p.* 287. - *Roem. S. Veg.* 1. Oleae sylvestris ramulus. *Dod. Pempt.* 821.

In collibus, rupibus, muris. Vulg: *ulivo salvatico*. Arb. Floret Majo. Fl. albidi.

A sativa Olea specie distinguendus non est Oleaster, figura licet non nihil distet, qui ex illius seminibus certe enascitur. Plantas domesticas sibi relictas ita degenerare quotidie observatur.

(7) ORNUS.

10. EUROPAEA. *Pers. E.* Foliolis lanceolatis attenuatis, petiolatis, serratis. *Savi Alb. d. Tosc.* 1. *p.* 144.

Fraxinus ornus. *L.-All. Ped.-W. Sp.-Lois. G.-Roem. S. Veg.* 1.

Fr. florifera. *Scop. Carn.-DC. Syn.*Fr.*Michel.N. Pl. G.* 225. t. 107.

In nemorosis circa urbem, et in montibus. *Tivoli*, *la Tolfa in gran copia*, *Villa Madama* . . Arb. Floret Aprili. Fl. albidi.

(8) CIRCAEA.

11. LUTETIANA. *L.* Caule erecto: foliis ovatis, denticulatis, opacis, pubescentibus. *Smith. Br.*-*Savi B. Etr.* 2. *p.* 4.

C. lutetiana. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 1. - *Gaertn. t.* 24. *f.* 1. - *Lob. ic.* 266. Solanifolia Circaea dicta major. *Moris. H.* 2. *s.* 5. *t.* 34. *f.* 1.

In nemorosis, umbrosis circa urbem frequens. *A villa Madama in copia* . . . . Perenn. Floret Junio-Julio. Fl. albi vel rosei.

(9) VERONICA.

A. Racemis lateralibus.

12. OFFICINALIS. *L.* Racemis lateralibus pedunculatis: foliis oppositis ovato-subrotundis, dentatis, pilosis: caule procumbente, hirto.

V. officinalis. *All. Ped.*-*Smith. Br.*-*W.Sp.*-*Pers.E.*-*Lois. G.*-*DC.Syn.*-*Savi B. Etr.* 1. *p.*10.*-*Roem. S. veg.* 1. V. mas supina et vulgatissima. *Camer. Epit.* 461. V. mas. *Fuchs. H.* 166.-*Matth. Valgr.* 730.

In sylvaticis montanis, et prope urbem. *Al Pigneto-Sacchetti*, *sul Monte Mario* . . . Perenn. Floret Majo-Junio. Fl. pallide coerulei.

13. BECCABUNGA. *L.* Racemis lateralibus: foliis ellipticis, planis: caule repente. *Smith Br.*-*Savi B. Etr.* 1. *p.* 10.*

V. beccabunga. *All. Ped.*-*W.Sp.*-*Pers.E.*-*Lois. G.*-*DC.Syn.*-*Roem. S. Veg.* 1. Anagallis aquatica. *Dod. Pempt.* 823.-*Lob. ic.* 466. V. aquatica, etc. *Hort. Rom.* 2. *t.* 50.

In aquosis, fossis, ad fontes vulgaris. Perenn. Floret Junio. Fl. coerulei.

Caulis inferne repens, dein erectiusculus.

14. ANAGALLIS. *L.* Racemis lateralibus oppositis: foliis lanceolatis, serratis: caule erecto. *Smith Br.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 11.*

V. anagallis. *All. Ped.*-*W. Sp.*-*Pers. E.*-*Lois. G.*-*DC. Syn.*-*Roem. S. Veg.* 1. Anagallis aquatica major et minor folio oblongo. *Moris. H.* 2. *s.* 3. *t.* 24. *f.* 25.-*J. B. H.* 3. *p.* 791.

In aquosis, fossis cum præcedente. Perenn. Floret Majo-Junio. Fl. purpureo-coerulei pallidi.

Racemi longiores et acutiores quam in *V. beccabunga*.

15. MONTANA. *L.* Racemis lateralibus elongatis, filiformibus; foliis cordato-ovatis petiolatis, grosse serratis: caule debili petiolisque hirtis.

V. montana. *All. Ped.*-*Smith Br.*-*W. Sp.*-*Pers. E.*-*Lois. G.*-*DC. Syn.*-*Savi. B. Etr.* 1. *p.* 13.*-*Roem S. Veg.* 1. Alyssum

Dioscoridis montanum. *Col. Ecphr. p.* 286. *t.* 288. V. procumbens biscutata, hederae folio. *Moris. H.* 2. *s.* 3. *t.* 25. *f.* 15.

In nemorosis, umbrosis montium. *Albano, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. pallide coerulei.

16. Chamædrys. *L.* Racemis lateralibus caulem superantibus: foliis ovatis, sessilibus, rugosis, dentatis: caule bifariam piloso.

V. chamædrys. *All. Ped.-Smith Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-DC. Syn.-Savi B. Etr.* 1. *p.* 13.*-*Roem. S. Veg.* 1. Teucrium spurium chamædryoides. *Lob. ic.* 490. V. etc. *Hort. Rom.* 2. *t.* 49.

In umbrosis, ad sæpes frequens. *Alla Caffarella, ad Albano in copia, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. cœrulei.

B. Pedunculis solitariis unifloris.

17. Cymbalaria. *Bertol. Pl. Gen. p.* 3. Foliis cordato-rotundatis sub-septemdentatis: calycibus fructus patentibus, laciniis ovatis: capsulis hirsutis. *Bertol. l. c. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 16.*-*Roem. S. Veg.* 1.

V. cymbalariæfolia. *Vivian. Fl. Ital Fragm.* 1. *p.* 14 *t.* 16. *f.* 1.* V. hederifolia *β. L.-W. Sp.* V. chia cymbalariæ folio verna, flore albo, umbilico virescente. *Tourn. Cor.* 7.-*Buxb. Cent.* 1. *p.* 25. *t.* 39. *f.* 2.

In viis, muris omnibus. Ann. Floret Februario-Majo. Fl. albi.

Folia sæpe crassiuscula et subtus purpurascentia ut in *Antirrhino cymbalaria*.

18. Hederæfolia. *L.* Foliis cordato-rotundatis 3-5-lobis: calycibus fructus clausis, laciniis cordato-acutis: capsulis glabris. *Bertol. Fl. Gen p.* 3.-*Savi B. Etr.* 1. *p.* 16.*

V. hederæfolia. *All. Ped.-Smith Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Vivian. Fl. It. Frag.* 1. *p.* 15. *t.* 16. *f.* 2.-*DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1. Morsus gallinæ folio hederulæ. *Lob. ic.* 463.

Ad sepes, secus vias frequens. *Al Colosseo, Villa Medici, Villa Madama, etc.* Ann. Floret Februario-Aprili. Fl. pallide cœrulei fauce albida.

Calyces fructus clausi pyramidati, nec compressi.

19. Agrestis. *L.* Foliis petiolatis cordato-ovatis, serratis: laciniis calycinis ovatis: caule procumbente; pedunculis folio vix brevioribus. *Roem. S. Veg.* 1.*

V. agrestis. *All. Ped-Smith Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Savi B. Etr.* 1. *p.* 14.*-*DC. Syn.* Alsine media. *Fuchs. H.* 22.

In herbidis, plateis, viis vulgaris. Ann. Floret Februario-Aprili. Fl dilute cœrulei.

20. Arvensis. *L.* Foliis ovato-obtusis sub-cordatis, obtuse serratis: inferioribus oppositis petiolatis; floralibus lanceolatis, sessilibus, pedunculo longioribus: calycis laciniis inæqualibus corolla majoribus.

V. arvensis. *All. Ped.-Smith Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Savi B. Etr.* 1. *p.* 17.-*DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1. Alyssum. *Col. Phytob. t.* 8.

In agris, viis etiam urbis vulgaris. Ann. Floret Aprili. Fl. pallide cœrulei.

21. Acinifolia. *L.* Sub-pilosa: floribus solitariis pedunculatis: foliis inferioribus petiolatis, ovatis, crenatis; floralibus sessilibus pedunculum sub-æquantibus: capsula obcordata compressa: caule erectiusculo sub-simplici.

V. acinifolia. *W. Sp.-Pers. E.-Lois G.* (sub *α*). - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 17.*-*Roem. S. Veg.* 1.* (excl. forsan synon. Barrel.). V. minima clinopodii minoris folio, glabra, romana. *Bocc. Mus. p.* 19. *t.* 102. V. minima annua, clinopodii minoris folio. *Vaill. Par. t.* 33. *f.* 3.

In sterilissimis, muris non rara. *Sull' Amfiteatro Flavio, intorno al Circo della Villa Borghese* ... Ann. Floret Aprili. Fl. dilute cœrulei lacinia minore albida.

Bocconii icon rem exacte refert; Allionii vero ab auctoribus huc relata imperfecte saltem. In hac adnotamus folia magis attenuata et profundius crenata, pedunculos breviores, calycina foliola nimis acuta capsulam superantia.

C. Racemis terminalibus.

22. Serpillifolia. *L.* Racemo terminali subspicato: foliis ovatis, glabris, crenatis. *Bertol. R. Ital. Pl. Dec.* 3. *p.* 1.*

V. *serpillifolia. All. Ped.-W. Sp.-Smith. Br.-Lois. G.-DC. Syn.-Savi B. Etr.* 2. *p.* 2.-*Roem. S. Veg.* 1. V. pratensis. *Dod. Pempt.* 1. V. pratensis serpillifolia. *Moris. H.* 2. *s.* 3. *t.* 22. *f.* 8.

In pascuis, viis, ad sepes communis. Perenn. Floret Aprili-Majo. Fl. albidi lineis cœruleis partim notati.

(10) GRATIOLA.

23. Officinalis. *L.* Foliis lanceolatis serratis, subtrinerviis: floribus pedunculatis. *Vahl En.-Roem. S. Veg.* 1.*-*DC. Syn.*

G. officinalis. *All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.-Lois G.- Savi B. Etr.* 1. *p.* 18. G. *Dod. Pempt.* 362. G. sive gratia Dei. *Lob. ic.* 435.

In pratis depressis. *Ad Ostia in copia* .... Perenn. Floret æstate. Fl. albi, vel albo-luteoli.

(11) LYCOPUS.

24. Europæus. *L.* Foliis sinuato-serratis. *L-W. Sp.-Lois. G.*

L. europæus. *Smith. Br.-Pers. E.-DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1.* Marrubium palustre glabrum et hirsutum. *Bauh. Pin.* 230.-*Rivin. t.* 21. Marrubium aquatile. *Dod. Pempt.* 595.

Ad fossas, in depressis communis. Perenn. Floret Julio-Augusto. Fl. albi.

25. Exaltatus. *L.* Foliis basi pinnatifido-serratis. *L.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*

L. exaltatus. *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 1. L. foliis in profundas lacinias incisis. *Tourn. Inst.* 191. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 53. (bona). Marrubium palustre hirsutum tenuius laciniatum. *Plukn. t.* 45. *f.* 1. (mala).

In depressis, ad fossas cum præcedente, sed minus frequens. *Alla Caffarella* .... Perenn. Floret Julio-Augusto. Fl. albi.

Inviti a priore separamus cum auctoribus. Characteres quidem foliorum, et totius plantæ magis explicatæ et magis hirsutæ variationibus obnoxii visi sunt. Spontanea reapse prodierunt specimina statura et forma intermedia ita ut ad utram referenda essent specierum determinare haud facile fuerit. Hinc potius unica binis varietatibus sistenda esset species. Nec quod *L. exaltatus* in hortis cultura perstet sat validum forsan objectionis argumentum præbet, cum de robustiore stirpis lusu agatur.

(12) ROSMARINUS.

26. Officinalis. *L.* Foliis sessilibus. *L.*-*All. Ped.*-*W. Sp.*-*Pers. E.*-*Lois. G.*-*DC. Syn.*-*Savi B. Etr.* 1. *p.* 20.-*Roem. S. Veg.* 1.

R. *Riv. t.* 39. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 67.

In maritimis nostris communis. Frutex sempervirens et fere semper florens. Fl. cœrulei vel albi.

(13) SALVIA.

27. Viscosa. *Jacq. ic. rar. t.* 5. Villoso-viscosa: foliis cordato-oblongis, rugosis, acutiusculis, crenulatis; bracteis cordato-subrotundis acuminatis. *Vahl En.* - *Roem. S. Veg.* 1.*

S. viscosa. *W. Sp.*-*Pers. E.*

In montosis calcareis. *A Santo Polo*, *Monte Gennaro*... Perenn. Floret Junio-Julio. Fl. purpurascentes.

28. Hæmathodes. *L* Foliis rugosis, crenatis supra nudiusculis; inferioribus cordato-ovatis petiolatis; caulinis sessilibus, dentatis bracteisque cordatis acuminatis: caule calicibusque piloso-glandulosis: verticillis sexfloris.

α. Foliis maculis cruentis adspersis.

S. hæmathodes *Scop. Carn.*-*W. Sp.*-*Pers. E.*-*Ettl. Salv.* 34.-*Roem. S. Veg.* 1. Horminum sanguineum asphodeli radice. *Triumph. Obs.* 69. *t.* 68. H. sylvestre majus hæmathodes, etc. *Barr. ic.* 234. *t.* 185. H. sylvestre maculatum tuberosum. *Moris. H.* 3. *p.* 394. *s.* 11. *t.* 14. *f.* 15. Sclarea italica maxima, etc. *Hort Rom.* 3. *t.* 20. (male).

β. Foliis immaculatis. *Triumph. l. c.* - *Moris l. c.*

S. virgata. *Savi Bot. Etr.* 2. *p.* 4.* S. virgata. (?) *Ait.*-*Jacq. Vind.* 1. *p.* 14. *t.* 37.-*Ettl. Salv.* 43.-*W. Sp.*-*Pers. E.*-*Roem. S. Veg.* 1.

Var. α in Monte Circello et alibi a Triumphetto, circa Ro-

mam prope *le tre Fontane* a Barrelerio collecta, in horto Romano culta a nobis observata. Var. β ab eodem Triumphetto Privernum inter et Setiam, a nobis vero copiosissime in occidentali Romani agri parte reperta, præsertim extra Portam Portuensem ultra secundum milliarium, et similiter in horto Romano prope priorem vegeta asservata. Perenn. Floret Julio-Augusto. Fl. violacei.

Radix magna ramis incrassatis. Folia subtus pilis brevibus vestita. Caulis 2-4-pedalis, villosus; ramis elongatis, virgatis: verticilli remotiusculi 6-flori; bracteis cordatis apice acuminatis, inferioribus calyce longioribus vel sub-æqualibus; supremis brevioribus. Staminum appendices foliaceæ.

Salviam virgatam Aitonii plura licet huc convenire demonstrent, dubitanter tamen retulimus, cum opportuna volumina consulere datum non fuerit. *Salvia virgata* cl: Savii ex optima ejus descriptione bene quadrat cum nostra.

29. Verbenaca. *L.* Foliis serratis sinuatis læviusculis: corollis calyce angustioribus. *L.-All. Ped.-Smith Br.-W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Bertol. Pl. Gen.-Savi B. Etr.* 1. *p.* 20.*-*DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1.

Gallitricum flore minore purpurascente et rubro. *J. B. H.* 3. *p.* 313.

Ad vias omnes. Perenn. Floret Martio-Junio. Fl. cœrulei.

Foliis plus minus profunde incisis admodum variat.

30. Clandestina. *L.* Foliis serratis pinnatifidis rugosissimis glabris: spica obtusa: corollis calyce duplo longioribus. *Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 2. *p.* 29.*-*Savi B. Etr.* 1. *p.* 21.-*Roem. S. Veg.* 1.

S. clandestina. *W. Sp.-Pers. E.* S. pratensis minor. *Savi Pis.* 1. *p.* 22. (a Pers. Ench. sub S. pratensis γ præcox). Horminum verbenæ laciniis angustifolium. *Triumph. Obs.* 66. *t.* 66.

In marginibus viarum circa urbem frequens. Perenn. Floret Aprili, et æstate. Fl. cœrulei.

Statura minore, foliis pinnatifidis, spica obtusa, et corolla majore labio inferiore pallescente a præcedente præsertim distincta.

31. Sclarea. *L.* Foliis rugosis, cordatis, oblongis, villosis, serratis; bracteis cordato-acuminatis, concavis, ciliatis, coloratis, calyce longioribus. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 3.*

S. sclarea. *All. Ped. - W. Sp.-Pers. E.- Lois. G.-Roem. S. Veg.* 1. Orvala. *Dod. Pempt.* 292. Sclarea vulgaris lanuginosa. *Hort. Rom.* 3. *t.* 2.

In umbrosis frequens. *A Villa Borghese, Villa Pamfili, Frascati, Castel Gandolfo, etc.* Bienn. Floret Junio. Fl. cœruleo-albi.

32. Glutinosa. *L.* Foliis cordato-sagittatis, serratis, acutis. *L.-All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Savi B. Ltr.* 1. *p.* 22.*

S. glutinosa. *Roem. S. Veg.* 1. Orvala tertia. *Dod. Pempt.* 292. S. montana maxima foliis hormini, etc. *Hort. Rom.* 3. *t.* 23.

In nemoribus opacis frequens. *Ad Albano*, *Nemi*, *Palazzuola*, *etc.* Perenn. Floret Augusto. Fl. lutei.

33. Officinalis. *L.* Foliis lanceolato-ovatis, crenulatis: verticillis paucifloris: calycibus mucronatis. *Ettl. Salv.* 1.-*W. Sp.-Pers. E.*

S. officinalis. *All. Ped.-Lois. G.-DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1. S. major. *C. B. P.* 237.-*Dod. Pempt.* 290.

β. Salvia minor aurita et non aurita. *C. B. P.* 237.-*Dod. Pempt.* 290.

In locis arenosis. α *Ad Ostia* ... β *Sui monti subapennini*. Perenn. Floret Junio. Fl. cœrulei.

DIANDRIA DIGYNIA.

(14) ANTHOXANTHUM.

34. Odoratum. *L.* Spica ovato-oblonga; flosculis subpedunculatis arista longioribus. *L.-All. Ped. Smith Br.*-*W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Savi B. E r.* 1. *p.* 23.

A. odoratum. *DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1. Gramen spicatum pratense, spica flavescente. *Scheuch. Agr.* 88. Gr. avenaceum odoratum spica flavescente. *Monti* 57. *ic.* 84.

In pratis, collibus vulgaris. Perenn. Floret Aprili, Majo.

Culmus sub-pedalis. Panicula spicata lanceolata. Calix valvis binis inæqualibus. Corolla minor glumis æqualibus basim versus aristatis, aristis inæqualibus calyce inclusis, longiore geniculata. Nectarium diphyllum (aliis flosculi 2 steriles uniglumes) glumis duplo brevius, ovatum, foliolis ovato-obtusis inæqualibus.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

ORD. MONOGYNIA.

(15) *VALERIANA*. *Calix superus limbo intus revoluto demum in pappum evoluto. Corolla tubulosa, basi hinc calcarata aut gibba, limbo quinquefido. Stamina 1-3. Capsula 1-locularis, 1-sperma.*

(16) *FEDIA*. *Calix superus 3-6-dentatus. Corolla tubulosa, basi hinc gibba, limbo quinquefido. Capsula 2-3-locularis, calyce persistente coronata; loculo uno alterove sterili.*

(17) *CROCUS*. *Corolla supera tubulosa: tubus gracilis elongatus basi subterraneus: limbus erectus sexpartitus æqualis infundibuliformis. Stigmata 3, convoluta, sæpius cristata.*

(18) *ROMULEA*. *) *Spatha bivalvis, valvis integris oppositis. Corolla supera campanulata 6-partita, regularis, tubo brevissimo. Filamenta erecta, brevia, pilosa ad basim. Stigmata 3, bifida.*

(19) *GLADIOLUS*. *Corolla supera tubo sub-curvato; limbo bilabiato, sexpartito laciniis inæqualibus. Stamina adscendentia. Stigma trifidum.*

(20) *IRIS*. *Corolla supera sexpartita, laciniis alternis reflexis. Stigmata 3 petaloidea incumbentia.*

(21) *SCHOENUS*. *Squamæ paleaceæ univalves in spiculis acutis congestæ; exteriores vacuæ. Corolla nulla. Stamina 2-3. Semen 1 subrotundum nudum, aut setis cinctum.*

(22) *SCIRPUS*. *Squamæ paleaceæ undique imbricatæ. Corolla nulla. Semen 1, nudum, aut setulis brevioribus cinctum.*

(23) *CYPERUS*. *Squamæ paleaceæ distiche imbricatæ. Corolla nulla. Semen 1. nudum. Spiculæ compressæ.*

---

*) Ab Ixia & Moraea (Gawleri) distinctum profecto genus, a sagacissimo Maratta nostro jampridem *Romulea* nuncupatum, cl: Gawlero *Trichonema*. Auctor hic Ixiae characterem circumscribit sequentibus. *Spatha bivalvis. Corolla basi tabulosa; tubus gracilis, sexpartitus* (sexfidus), *regularis, subaequalis, patens. Filamenta limbo pluries breviora, erecto + patentia vel coarctato - erecta* (glabra: an constanter?). *Stigmata 3, angusta, recurva. Capsula globosa, ovata.*

ORD. DIGYNIA.

Sect. I. Flores paniculati, aut spicato-digitati: spiculæ uniflora.

(24) *SACCHARUM*. *Calix 2-valvis, 1-florus, lanugine longa sericea involucratus. Corolla 1-2-valvis. Stamina 1-3.*

(25) *LAGURUS*. *Calix 2-valvis, uniflorus: valvæ apice aristatæ, aristis villosis. Corollæ gluma exterior aristis binis terminalibus, tertia dorsali geniculata.*

(26) *STIPA*. *Calix 2-valvis, 1-florus. Corolla brevior 2-valvis: valvula exterior arista terminali longissima, basi articulata, decidua.*

(27) *MILIUM*. *Calix 2-valvis, 1-florus, ventricosus. Corolla 2-valvis inclusa: valvula major sub apice aristata, aut mutica. Semen corolla corticatum.*

(28) *AGROSTIS*. *Calix 2-valvis, 1-florus, compressus, valvulis acutis. Corolla bivalvis, sæpius minor et basi obsolete pilosa. Semen liberum. - Flores paniculati.*

(29) *SANTIA*. **) *Calix 2-valvis, 1-florus: valvulis subæqualibus aristatis. Corolla minor 2-valvis, valvula exteriore aristata. Semen liberum.* (Polypogon auct)

(30) *CRYPSIS*. *Calix 2-valvis, 1-florus compressus, inæqualis. Corolla 2-valvis inæqualis major. Stamina 1-3. Semen liberum corolla tectum.*

(31) *ALOPECURUS*. *Calix 2-valvis, 1-florus. Corolla valvis 2 in glumam utriculiformem hinc connatis, infra medium aristata.-Panicula spiciformis.*

(32) *BECKMANNIA*. *Calix 2-valvis, sub-2-florus; valvis concavis, spathulæ-formibus, apice obtusis. Corolla 2-valvis longior.*

(33) *PHALARIS*. *Calix 2-valvis, 1-florus; valvis naviculari-compressis, nervosis, æqualibus, dorso carinatis. Corolla inclusa 2-valvis, interdum exterius valvulis accessoriis 1-2.-Panicula spiciformis.*

(34) *PHLEUM*. *Calix 2-valvis, 1-florus; valvis compressis linearibus, truncatis, nervo carinæ producto mucronatis. Corolla inclusa 2-valvis, mutica. - Panicula spiciformis.*

(35) *TRAGUS*. *Calix 2-valvis, 1-florus: valvula exteriore majore, cartilaginea, aculeis uncinatis aspera; interiore minutissima nuda. Corolla 2-valvis, calyce brevior.* (Lappago, *vel* Cenchrus *pl. auct.*).

(36) *PANICUM*. *Calix 2-valvis, valvula exteriore valde minore, quandoque obsoleta, 2-florus. Flosculus inferior unisexualis vel neuter glumis 1-2 herbaceis; superior*

**) Genericum nomen antiquius jure asservandum videbatur.

hermaphroditus glumis 2 coriaceo-induratis persistentibus. - Inflorescentia varia.

(37) *DIGITARIA. Calix 2-valvis, 1-florus, valvis concavis; ad exterioris basim extus valvula accessoria minima aut obsoleta. Corolla 2-valvis. Semen corolla corticatum. - Spicæ digitatæ, rachi lineari, floribus uni-lateralibus duplici serie.*

(38) *CYNODON. Calix 2-valvis, 1-florus; valvis navicularibus. Corolla 2-valvis; valvula interiore angustissima, inclusa. Semen corolla corticatum. - Spicæ digitatæ, rachi lineari, floribus uni-lateralibus duplici serie.*

Sect. 2. Flores paniculati. Spiculæ 2-multi-floræ.

(39) *AIRA. Calix 2-valvis, 2-florus, flosculis sæpius longior. Corolla 2-valvis, mutica, aut supra basim aristata. Semen liberum, corolla tectum.*

(40) *HOLCUS. Calix 2-valvis, 2-3-florus, flosculo unico hermaphrodito sessili mutico; masculo solitario: (raro gemino), pedicellato, gluma altera aristata: arista geniculata, vel hamata.*

(41) *MELICA. Calix 2-valvis; valvis inæqualibus, laxis, obtusis, 2-3 vel 4-florus: flosculi 1-2 hermaphroditi, abortivo pedicellato accessorio unico, vel geminato. Corolla 2-valvis, mutica. Semen liberum corolla tectum.*

(42) *ARUNDO. Calix 2-valvis, multi-florus, nudus. Corolla 2-valvis, basi lana persistente cincta.*

(43) *AVENA. Calix 2-valvis, 2-multi-florus. Corollæ gluma exterior apice bifida vel erosa, dorso aristata: arista contorta, vel geniculata.*

(44) *FESTUCA. Calix 2-valvis, valvulis inæqualibus, multiflorus, flosculis brevior. Spicula oblonga, disticha. Corollæ gluma exterior acuminata, aut arista terminali instructa, interior apice bifido acuto, margine nudo. (In quibusdam: exterior paulo infra apicem bidentatum setigera, interior margine scabra). - Panicula composita.*

(45) *POA. Calix 2-valvis, multiflorus, flosculis brevior. Spicula ovata. Corolla bivalvis, valvulis ovatis acutiusculis, margine scariosis.*

(46) *BRIZA. Calix 2-valvis, multiflorus. Corolla 2-valvis; valvis ventricosis, cordato-obtusis, muticis; interior minuta. Semen corollæ adnatum.*

(47) *BROMUS. Calix 2-valvis, multiflorus. Spicula lanceolata, disticha. Corollæ gluma exterior infra apicem aristata, interior nervis marginalibus pectinato-ciliatis vel serratis. - Flores paniculati (aut spicati, arista exterioris glumæ terminali.)*

(48) *KOELERIA. Calix 2-valvis, 2-5-florus; valvis compresso-carinatis, altera spiculam subæquante. Corolla 2-valvis;*

valvula exterior acuminata vel setigera (setula infra apicem sub-integrum orta, aut terminali); interior apice bifida. -Panicula spiciformis.

Obs. *Gluma exterior margine sub-scariosa, carina ciliata vel aspera.*

Sect. 3. Spiculæ sessiles secus rachin spicatæ.

(49) *ROTTBOELLA. Calix 1-valvis, integer vel bipartitus, 1-2- florus flosculo altero imperfecto. Corolla 2-valvis. - Spica simplex, floribus in racheos sinubus immersis, 1-3-andris.*

(50) *LOLIUM. Calix 1-valvis, fixus, multiflorus (valvula altera interior abortiva, vel minima). Spiculæ solitariæ rachi parallelæ.*

(51) *HORDEUM. Flores terni: intermedius sessilis, fertilis; laterales stipitati, sæpe steriles. Singulis involucrum diphyllum setaceum loco calycis. Corolla bivalvis.*

(52) *CYNOSURUS. Calix 2-valvis, 2-multi-florus. Bractea foliacea lacera ad basim spiculæ. Corolla 2-valvis, valvulis integris. -Spica aut panicula coarctata.*

(53) *SESLERIA. Calix 2-valvis, sub-aristatus, 2-4-florus. Spiculæ ebracteatæ, aut inferiores tantum bractea instructæ. Corolla 2-valvis; valvula exteriore apice 3-5-fida, interiore 2-fida.*

(54) *ÆGILOPS. Calix 2-valvis, cartilagineus, multi-aristatus, 3-4-florus: flosculi laterales perfecti, intermedii 1-2 abortivi. Corolla 2-valvis; valvula exteriore aristis 2-3 terminata. - Spica simplex.*

(55) *SECALE. Calix 2-valvis, solitarius, rachi dentatæ oppositus, 2-florus, (sæpe flosculo tertio abortivo interjecto, interdum et quarto). Corolla 2-valvis, valvula exteriore apice aristata.*

(56) *TRITICUM. Calix 2-valvis, solitarius, rachi dentatæ oppositus, 3-multi-florus; valvulis subæqualibus aristatis vel muticis. Corolla 2-valvis valvula exteriore aristata vel sub-mutica.*

Sect. 4. Flores polygamo-monoici.

(57) *ANDROPOGON. Flores geminati, aut terni; unico hermaphrodito sessili, altero imperfecto pedicellato, seu imperfectis pedicellatis binis, lateralibus. Calix 2-valvis, uniflorus. Corolla floris hermaphroditi gluma altera minore aristata; incompleti glumis muticis.*

ORD. TRIGYNIA.

(58) *POLYCARPON. Calix 5-phyllus. Petala 5, minima. Capsula 1-locularis, 3-valvis. Semina plurima.*

TRIANDRIA MONOGYNIA.

(15) VALERIANA.

A. Stamen 1. Corolla calcarata. (*Centranthus*).

35. RUBRA. *L.* Floribus monandris calcaratis: foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, sub-integerrimis.

V. rubra. *All. Ped.-Smith Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-Savi B. E.* 1. *p.* 23. – *Dodon. Pempt.* 91. Centranthus ruber. *DC. Fl. Fr. et Syn.-Roem. S. Veg.* 1. Valeriana marina latifolia major rubra. *Moris. H.* 3. *s.* 7. *t.* 14. *f.* 15 Valerianoides latifolia. *Hort. Rom.* 2. *t.* 17.

In mœnibus urbis, parietibus hortorum communis. Perenn. Floret Aprili-æstate. Fl. pulchre rosei, interdum albi.

36. CALCITRAPA. *L.* Floribus monandris basi gibbis; spicis racemosis bipartitis: foliis pinnatifidis, radicalibus indivisis.

V. calcitrapa. *All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-DC. Syn.-Savi B. Etr.* 2. *p.* 5. Centranthus calcitrapa. *Dufresne.-Roem. S. Veg.* 1. V. annua seu æstiva. *Clus. H.* 2. *p.* 54.

In maritimis. *Presso Ostia* ... Ann. Floret Majo. Fl. rubri.

B. Stamina sæpius 3. Corolla ecalcarata. (*Valeriana*).

37. OFFICINALIS. *L.* Foliis omnibus pinnatis, foliolis lanceolatis dentatis; caule fistuloso, sulcato.

V. officinalis. *All. Ped.-Smith Br.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-DC. Syn.-Savi B. Etr.* 2. *p.* 6. V. sylvestris. *Dod. Pempt.* 349.-*Hort. Rom.* 2. *t.* 15. Phu germanicum. *Fuchs. H.* 857.

In sylvaticis montium frequens. *Sui Monti Albani*, *Tusculani*, *Tiburtini*, *etc.* Perenn. Floret Junio-Julio. Fl. albo-subcarnei.

38. TRIPTERIS. *L.* Foliis dentatis; radicalibus cordatis, simplicibus; caulinis ternatis, ovato-oblongis, lateralibus lanceolatis. *Vahl Enum.-Savi B. Etr.* 2. *p.* 7.

V. tripteris. *All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-DC. Syn.-Roem. S. Veg.* 1. V. alpina prima. *C. B. Prod.* 86. *ic.* V. alpina saxatilis minor flore albo. *Barrel. ic.* 742.

In subapenninis. *Monte Calvo presso Subiaco* .... Perenn. Floret Junio-Julio. Fl. albi, seu dilute purpurei.

(16) FEDIA.

39. OLITORIA. *Vahl En.* Floribus triandris: foliis lanceolatis integerrimis: fructu obsolete tridentato: caule dichotomo glabro.

F. olitoria. *Roem. S. Veg.* 1. Valeriana locusta. *L.* V. olitoria. *L.-All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.* Valerianella olitoria. *DC. Fl. Fr. et Syn.-Lois. G.* Lactuca aguina 1, et 2. *Tabern.* 167.

In arvis et cultis communis. Vulgo: *Lattuchella*. Ann. Floret Martio-Aprili. Fl. albido-cærulei.

(17) CROCUS.

40. Vernus. *L.* Stigmate incluso, trifido, staminibus longiore; lobis cuneiformibus, incisis, crenulatis: fauce corollæ pilosa: foliis linearibus, supra linea alba canaliculatis, subtus carinatis, carina complanata.

C. vernus. *Smith. Br.-W. Sp.-Pers. E. - Lois. G.-DC. Syn.* – C. sativus *β. L.*

α. Scapo solitario, floribus lilacinis.

C. vernus *recentiorum*.

β. Scapo gemino, floribus lilacinis.

γ. Minor. Scapo solitario; corolla albida, segmentis tribus exterioribus luteolis 3-listatis.

C. vernus. var. pusillus. *Ten. Fl. Neap.*

C. vernus *γ. Redout. lil. n.* 81.

In oris sylvarum, et in apricis. *α Presso Roma alla Valle dell' Inferno .... presso Ronciglione, Viterbo .... β Sulla cima della Montagna di Viterbo. γ Copiosamente sul Testaccio, nelle Ville Panfili, Borghese, etc.* Perenn. Floret Februario.

En notas in singula varietate pluries observatas.

In *α*. Statura sub-3-4 pollicaris. Folia ut plurimum scapo solitario breviora, lineam unam vix lata. Corollæ tubus pallens, spatha valde longior; limbus segmentis lato-lanceolatis lilacinis omnibus, ad basim obsolete lineatis, lineis sub-fuscis, superius evanidis. Stylus staminibus etiam brevior, apice tantum trifidus, laciniis (stigmatibus) cuneatis, margine involutis, croceis.

In *β*. Statura præcedentis vel major. Folia scapo gemino vel solitario, raro triplici sub-breviora, lineam unam vel amplius lata, carina lato-complanata, margine evidentius revoluto. Corollæ tubus pallens spatha longior; limbus segmentis lato-lanceolatis obtusis, lilacinis omnibus et fere unicoloribus. Stylus staminibus parum longior, breviter trifidus, laciniis (stigmatibus) cuneatis, margine involutis, aurantiacis.

In *γ*. Floris statura pollicaris, sesqui-pollicaris, rarius ultra. Folia quam in *α* et *β* dimidio etiam angustiora et subtus anguste carinata, flore sub-longiora. Corollae tubus albidus, sæpe fusco-lineatus, spatha parum longior; limbus segmentis lanceolatis, 3 interioribus albis, basi tantum lineatis, exterioribus luteolis triplici linea atrofusca a basi ad apicem insignitis. Stylus staminibus etiam sesqui-longior, profunde trifidus, laciniis (stigmatibus) antherarum fere longitudine, margine sub-involutis, inferne filiformibus, croceis.

Quos pro varietatibus huc nunciamus spectabiles plantæ lusus, ut distinctas inter se species primum decepti habuimus; accuratissima tandem inspectio solidis characte-

ribus minime posse separari edocuit ; et re vera varietatis nostræ γ circa urbem passim inveniendæ , quæ ab aliis longiore itinere et constanter diversa visa fuerat , vel color , vel statura , vel genitalium proportio , vel plures simul characteres non raro in individuis prodierunt varietati α vel β pertinentibus , quae a cæteris ejusdem loci natalis , vel sterilioris soli , vel magis apricæ regionis ratione aliquomodo secedebant . Cæterum transitio ab α in β magis luxuriantem varietatem per intermedios lusus frequens quoque fuit in speciminibus Cimini montis . Nonne suspicandum e similibus aberrationibus plures ortas esse *Croci* sub vere florentis species apud auctores, cum in loco natali observatæ non fuerint?

(18) ROMULEA .

41. Bulbocodium . *Nob.* Scapis unifloris subgeminatis : foliis filiformi-compressis, sulcatis , flexuosis : spathis corollæ tubum longe excedentibus: stylo staminibus longiore, stigmatibus bipartitis .

Romulea . *Maratti Diss. de binis Rom. plantis , cum ic.* (mala) . Ixia bulbocodium . *L.-W. Sp. - Pers. E. - Jacq. rar. t.* 271.-*Desf. Atl.* 1. *p.* 34.-*Savi. Bot. Etr.* 2. *p.* 7. I. bulbocodium var. α. major . *Schousboe. Mar.* I. bulbocodium B. *Redout. lil. t.* 88. *f. B.* 1 , 2. I. bulbocodium A. *Tenore Fl. Neap.* 1. I. bulbocodium var. γ. grandiflora . *Vahl En.-Roem.S. Veg.* 1. Trichonema bulbocodium . *Gawler Ann. of Bot.* 1. *p.* 223. Romulea flore ex violaceo et luteo variegato . *Hort. Rom.* 7. *t.* 4. (mala) . Sisyrinchium asprensium angusto folio alterum . *Col. Ecphr.* 2. *p.* 5. *t.* 7. *f.* 1. (bona) . Sisyrinchium minus angustifolium flore majore variegato . *C. B. P.* 41. Crocus vernus angustifolius violaceo flore . *Clus. H.* 1. *p.* 208. (male) .

In apricis . collibus circa urbem frequens . *Alla Caffarella, presso Tor-di-Quinto, alla Farnesina, a Capo di Bove , etc. a Baccano , Monte-Rosi , sui Cimini ....* Perenn. Floret Februario labente , Martio .

Bulbus obverse pyriformis solidus , radiculis ex appendice cochleariformi oblique bulbo adjecta . Folia filiformia, lateribus compressa , sulcata , superius levissime canaliculata , canaliculi marginibus arcte conniventibus , scapo longiora , recurva , flexuosa . Scapi e bulbo gemini , interdum 3, vel unicus , uniflori , sub-pollieares , erectiusculi , fructiferi recurvati . Spatha bivalvis persistens , valvulis oppositis , lanceolatis , concavis , basi germen involucrantibus , superius corollæ adpressis ; exterior foliacea rectiuscula ; altera membranacea , dorso interdum virens , ultra germen libera , extus flexa . Germen cum continuo scapi apice oblique parum flori subjectum; lineam longum , obscure trigonum . Corolla erecta pollicaris -

ultra vel minor , tubo brevissimo , semi-lineam vix assequente , limbo sexpartito , campanulato , laciniis æqualibus lanceolatis ; marcescens convoluta ; colore admodum varia , constanter fundo crocea , apicibus sub-violacea , cæterum ab albo ad roseum et rubro-violaceum ludit , et laciniæ tres exteriores , ut plurimum , dorso colore saturatiore , etiam rubro-spadiceo pinguntur. Stamina erecta corolla duplo saltem breviora , filamentis simplicibus basi hirsutis , antheris sagittato-oblongis . Stylus staminibus sesqui-longior , vel ultra ; stigmata tria filiformia profunde bipartita , nec raro omnino sex .

Magnitudine uti et colore flores hujus speciei variare nonnihil adnotavimus , ideoque huc etiam referri debere ducimus aliam Clusii plantam , quæ *Crocus vernus angustifolius* . Cl. l. c., seu *Ixia bulbocodium var. β.* media. Vahl , Roem. et Sch., aliorumque . Præterea Clusii icon a nobis sub specie citata ob spathæ defectum pessima .

42. Columnæ . *Nob.* Scapo unifloro sub-solitario sub-nutante : foliis filiformi-compressis sulcatis flexuosis : spathis corollæ tubum longe excedentibus : stylo staminibus breviore , stigmatibus apice bifidis .

Romulea var. 5. *Maratti Diss. De bin. rom. pl.* Ixia bulbocodium var. α. parviflora . *Vahl En.* 2. - *Roem. S. Veg.* 1. I. bulbocodium A. *Redout. lil.* 88. *f. A.* I. bulbocodium B. minima . *Tenore Fl. Neap.* 1. Sisyrinchium Theophrasti . *Col. Ecphr.* 1. *p.* 327. (ic. bona) . S. minus angustifolium. *C B. P.* 41. Crocus vernus angustifolius 2. *Clus. H.* 1. *p.* 207. (sat bona) .

In collibus etiam urbis . *Sul Testaccio e sul Gianicolo in copia , presso Tor-di-Quinto ....* Perenn. Floret Februario ineunte .

Bulbi et folia ut in præcedente , ejusdem fere magnitudinis . Scapus unicus (interdum geminus) brevissimus , terra parum elatus , hinc nonnihil flexus , demum recurvatus . Spatha præcedentis , sed minor . Germen oblique omnino flori subjectum et horizontaliter fere terræ incumbens , magnitudine et forma præcedentis . Corolla erecta vix lineas tres longa , tubo brevissimo , limbo infundibuliformi sexpartito , laciniis lanceolatis , 3 interioribus exteriores vix æquantibus ; marcescens convoluta : color ex albo lutescens ; laciniae tres exteriores , ut plurimum , dorso lineis fusco-rubris notatæ ; interiores albidæ . Stamina corolla triplo saltem breviora , filamentis simplicibus , ad basim oculo etiam nudo pilosis ; antheris sagittato-ovalibus . Stylus staminibus brevior , stigmatibus filiformibus brevibus , apice tantum bifidis , nonnisi staminibus sejunctis conspiciendus .

(19) GLADIOLUS.

43. Communis. *L.* Corollis subringentibus, laciniis spathulatis: spathis tubo longioribus: floribus secundis: foliis ensiformibus nervosis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 8.

G. communis. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* - *DC. Syn.* G. floribus uno versu dispositis. *Moris. H.* 2. *s.* 4. *t.* 4. *f.* 4. G. *Dod. Pempt.* 209.

In segete, arvis communis. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei vel albi.

(20) IRIS.

A. Corollæ laciniis reflexis barbatis: foliis ensiformibus.

44. Florentina. *L.* Caule paucifloro foliis altiore: spathis basi foliaceis, apice margineque scariosis: corollæ laciniis 3 barbatis integris.

I. florentina. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Roem. S. Veg.* 1. I. florentina α. *Targ. Ist.* 2. I. alba. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 9. I. flore albo. *J. B. H.* 2. *p.* 719. I. nostras vulgaris candidis floribus. *Lob. ic.* 59.

In montium sylvaticis solo sicciore. *Castel Gandolfo*, *Monte Gennaro* ..... Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. albi, odori.

45. Germanica. *L.* Caule multifloro foliis altiore: spathis basi foliaceis apice margineque scariosis; corollae laciniis 3 barbatis emarginatis.

I. germanica. *All. Ped.* – *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Roem. S. Veg.* 1. I. florentina β. *Targ. Ist.* 2. I. violacea. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 9. I. flore violaceo. *Cæsalp. p.* 421.

In collibus, sylvaticis. *Monte Mario*, *Monte Gennaro*, *etc.* Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. violacei.

B. Corollæ laciniis imberbibus: foliis ensiformibus.

46. Pseud-acorus. *L.* Corollis imberbibus, laciniis 3, interioribus erectis, stigmate minoribus.

I. pseud-acorus. *All. Ped.* – *Smith Br.*ᵃ - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* – *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 1. Acorus adulterinus. *Moris. H.* 2. s. 4. *t.* 6. *f.* 11. I. palustris lutea. *Hort. Rom.* 6. *t.* 64. Pseudo-Iris. *Dod. Pempt. p.* 284.

In fossis, palustribus vulgaris. *Prata-lata*, *Caffarella in gran copia*, *etc.* Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

47. Foetidissima. *L.* Corollæ laciniis imberbibus, 3 interioribus patulis: caule uni-angulato.

I. fœtidissima. *W. Sp.* - *Smith. Br.*ᵃ - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 11. - *Roem. S. Veg.* 1. - *Hort. Rom.* 6. *t.* 65. I. fœtida. *Pers. E.* Spathula fœtida. *Fuchs. H. p.* 794. - *Dod. Pempt. p.* 247.

Ad sepes, secus fossas communis. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. cinerei venaturis atris. Odor ingratus.

C. Foliis tetragonis.

48. Tuberosa. *L.* Imberbis, foliis tetragonis. *L.* - *W. Sp.* - *Pers.E.* - *Roem. S. Veg.* 1.

Hermodactylus folio quadrangulo. *Tourn. Cor.* 50. Iris tuberosa folio anguloso. *Moris. H.* 2. *s.* 4. *t.* 5. *f.* 1. Sisyrinchium. *Hort. Rom.* 6. *t.* 66.

In umbrosis humidiusculis, etiam in urbe. *S. Croce in Gerusalemme, nelle Ville Borghese, Medici, Pamfili, etc.* Perenn. Floret Februario, Martio. Fl. albo-sub-virides, laciniis exterioribus erectiusculis ultra medium reflexis lamina supra atra, velutina.

Radix tuberosa. Odor floris gratus.

(21) SCHOENUS.

49. Mariscus. *L.* Culmo tereti folioso: foliis margine, dorsoque aculeatis. *L.* - *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 11.*

Cladium mariscus. *R. Brown Prod.* 1. Cl. germanicum. *Schrad. Germ.* 1. *t.* 5. *f.* 7. - *Roem. S. Veg.* 1. Pseudo-cyperus palustris foliis et carina serratis. *Scheuchz. Agr. p.* 375. *t.* 8. *f.* 7. 11. - *Mich. N. Pl. G. p.* 55.

In profundis fossis, paludibus. *Solfatara di Tivoli* . . . . . Perenn. Floret Junio. Spiculæ flavescenti-fuscæ.

50. Mucronatus. *L.* Culmo tereti nudo: foliis canaliculatis: spiculis ovatis, fasciculatis: involucro polyphyllo patente. *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 12.*

S. mucronatus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Roem. S. Veg* 2. Juncus maritimus panicula sub-rotunda. *Barr. ic.* 203. *f.* 1. Scirpus maritimus capite glomerato. *Scheuchz. Agr. p.* 367. *t.* 8. *f.* 1. Melanoschoenus maritimus humilis cyperi effigie. *Mich. N. Pl. G. p.* 46. *n.* 1. *t.* 31.

In maritimis frequens. Perenn. Floret Majo, Junio. Spiculæ rubenti-fuscæ.

51. Nigricans. *L.* Culmo tereti nudo: capitulo ovato: involucri diphylli valvula altera subulata longiore. *Smith Br.** - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 13.*

S. nigricans. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Roem. S. Veg.* 2. Junco affinis capitulo glomerato nigricante. *Scheuchz. Agr.* 349. *t* 7. *f.* 13-15. Melanostachyos palustris angustifolius, etc. *Mich. N. Pl. G.* 46. *n.* 2.

In maritimis frequens. *Ad Ostia, Fiumicino* . . . . Perenn. Floret Majo. Spiculæ nigricantes.

(22) SCIRPUS.

A. Semine basi setulis cincto. (*Scirpus* et *Eleocharis*. Brown.)

52. Palustris. *L.* Culmo tereti nudo, basi vaginato: spica unica ovali terminali, squamis lanceolatis acutis; radice repente.

S. palustris. *All. Ped.* - *Smith. Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 14. Eleocharis palustris. *Roem. S. Veg.* 2.

α. Sc. equiseti capitulo majore. *Scheuchz. Agr.* 360. Sc. palustris clavatus, etc. *Mich. N. Pl. G.* 50. *O.* 3. *n.* 1.

β. Sc. equiseti capitulo majore alter. *Scheuchz. Agr.* 361. *t.* 7. *f.* 17. Scirpus palustris, etc. *Mich. l. c. O.* 3. *n.* 4, 5.

In paludosis, scrobibus frequens. Perenn. Floret Majo, Junio.

„ Magnitudine variat. Folia nulla, nisi culmos steriles pro „ foliis accipias „. *Smith l. c.*

53. Lacustris. *L.* Culmo tereti nudo; panicula cymosa decomposita terminali; spiculis ovatis. *Smith Br.** - *Savi B. E.* 2. *p.* 16.

S. lacustris. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2.* Juncus lævis maximus. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 1. Sc. palustris altissimus. *Scheuchz. Agr.* 354.

In rivulis, lacubus, stamnis aqua puriore communis. Perenn. Floret Junio, Julio.

Culmi 5-pedales, teretes, fusiformes.

54. Maritimus. *L.* Culmo triquetro; panicula conglobata, foliacea, terminali; squamis mucronatis lacero-trifidis. *Smith Br.** - *Savi B. Etr.* 2: *p.* 22.*

S. maritimus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2.

α. Vulgatior. Scirpus maritimus. *Pers. E.* Sc. maritimus β. *Smith. l.c.* - *Savi l. c.* S. maritimus γ. *W. Sp.* Cyperus rotundus inodorus germanicus. *C. B. Prod.* 25. *cum* ic. C. panicula compacta e spicis teretibus crassioribus composita. *Scheuchz. Agr.* 400. *t.* 9. *f.* 9. 10. C. palustris radice repente nodosa inodora, panicula non sparsa, capitulis crassioribus et brevioribus. *Mich. N. Pl. G.* 48. *O.* 5. *n.* 2.

In maritimis palustribus, et Agri Romani fossis. *Ostia*, *Fiumicino*, *la Marcigliana*, *etc.* Perenn. Floret Junio, Julio.

Spicularum crassitie, longitudine, numero, pedunculis variat. Differentias a Michelio l. c. adumbratas a cl: Savio in Bot. Etr. l. c. una cum auctorum synonimis ad varietates diligenter relatas invenies. Novem cum Schradero enumerant in Syst. Veg. cl: Roem. et Sch.

B. Semine nudo. (*Isolepis*. Brown.).

55. Holoschoenus. *L.* Culmo tereti nudo: capitulis glomeratis, pedunculatis sessilibusve: involucro diphyllo inæquali; foliis canaliculatis. *Smith Br.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 17.*

S. holoschoenus. *All. Ped.* Isolepis holoschoenus. *Roem. S. Veg.* 2.

α. Capitulis maxima ex parte pedunculatis.

S. holoschoenus. *L.*-*W. Sp.*-*Pers. E.*-*DC. Syn.*-*Lois. G.* Scir-

poides maritimum capitulis sparsis glomeratis. *Scheuchz. Agr.* 371. *t.* 8. *f.* 2-5. Scirpoides maritimum, etc. *Mich. N. Pl. G.* 52. *O.* 1, 2. *n.* 1, 2, 3.

β. Capitulis conglobatis sessilibus.

S. holoschoenus *β* romanus. *Smith l. c.* - *Savi l. c.* S. romanus. *L.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Isolepis holoschoenus *γ*. *Roem. S. Veg.* 2. Juncus minor glaber singulari capitulo, radice tomentosa. *Barr. ic.* 255. *f.* 3. (mala). Scirpoides acutum maritimum capitulo glomerato solitario. *Scheuchz. Agr.* 373. *t.* 6. *f.* 6. Scirpoides maritimum capitulis apodibus, etc. *Mich. N. Pl. G.* 52. *O.* 3. *n.* 1.

In pratis humidis, palustribus, ad scaturigines vulgares varietates ambæ. Perenn. Floret Junio - Augusto.

S. australis. L. a suo *S. romano* non differt; sunt quidem varietates *S. holoschoeni* capitulis unico, pluribus, sessilibus vel subsessilibus: quod in manuscriptis monuit Linnæus ipse teste Smithio.

56. Savii. *Nob.* Spicis sub-geminis ovatis, obtusis: culmo, foliisque setaceis strictis: seminibus tuberculatis. *Savi Bot. Etr.* 2. *p.* 19.* (sub S. filiformi).

S. setaceus ... semine non striato. *Mich. N. Pl. G. p.* 51. *O.* 2. *n.* 1, 3, 4.

In inundatis maritimis frequens: *presso Ostia*, *etc.* Ann. Floret Majo.

Culmi 1-6-pollicares et folia setacea. Spicæ ovatæ, solitariæ, vel binæ, raro ternæ parum infra culmi apicem, ebracteatæ: glumæ ovatæ, mucronatæ fuscæ. Semen absque setis, subrotundum, leviter tuberculosum, nec costatum.

Affinis *Sc. setaceo* L. a quo distinctus charactere fructus. Nova appellatione donamus acutissimi auctoris nomine mutuato, cum alia jam extet species a cl: Vahlio *Sc. filiformis* nuncupata.

(23) CYPERUS.

57. Rotundus. *L.* Culmo triquetro basi folioso: umbella multifida, radiis sub-simplicibus involucro brevioribus: spiculis lanceolatis alternis; radicum fibrillis hinc inde in tuberculos ovatos inflatis.

C. rotundus. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2.* C. olivaris. *Targioni Mem. d. Soc. It. Vol.* 13.- *Savi B. Etr.* 2. *p.* 29. C. rotundus vulgaris. *C. B. Th.* 210. *cum ic.* - *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 11. *f.* 1. C. rotundus odoratus parvus. *Mich. N. Pl. G.* 45. *n.* 6.

In sabulosis, vineis, hortis nimium frequens infestissima planta. Vulg. *radichiella*, *sgarzella*. Perenn. Floret Julio.

Tuberculis subovatis solidis odore aromatico radices indestructibiles perpetuantur. Culmus pedalis. Folia culmo

longiora , carinata , superiore parte ad marginem scabra . Umbella 7-9-fida , pedunculis inæqualibus, nonnullis brevissimis, nudis, superius spicatis , rarius ramosis . Spiculæ in singulo pedunculo 5-7 compressæ , lanceolatæ vel sub-ensiformes , solitariæ , interdum infimæ geminatæ , subsessiles, bracteola ad insertionem instructæ . Paleae naviculares acutiusculæ, carina virides , margine albidae, dorso rubro-spadiceæ nitidæ .

In auctoribus sub hac specie citatis synonima nonnulla excludenda deprehendunt cl: Roem. et Sch. in S. Veg.

58. Flavescens . *L.* Culmo triquetro basi folioso : involucro triphyllo umbella 3-4-fida longiore ; spiculis oblongo-lanceolatis , alternis, confertis; seminibus ovoideo-compressis ; radice fibrosa .

C. flavescens . *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Savi B. Etr.* 2. *p.* 28. – *Roem. S. Veg.* 2.* C. minor pulcher panicula lata compressa sub-flavescente . *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 11. *f.* 37. C. minimus panicula sparsa sub-flavescente . *Scheuchz. Agr.* 385.

In aquosis , circa fontes . *Sulla piazza di S. Pietro , etc.* Perenn. Floret Junio , Julio.

Radix fibrosa . Culmi 4-12-pollicares et ultra , tenues glabri. Folia angusta , culmo subæqualia . Involucri foliola 3-4 umbella longiora . Umbellæ radii 3, 4, 5 breves , inæquales , simplices ; spiculæ oblongo-lanceolatæ , alternatim in apice radii insidentes , confertæ , nec umbellatæ , glumis obtusiusculis flavescentibus .

59. Fuscus . *L.* Culmo triquetro basi folioso ; involucro subtriphyllo longissimo : umbella 3-multifida , spiculis linearibus confertissimis ; seminibus acute triquetris ; radice fibrosa .

C. fuscus . *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Savi B. Etr.* 2. *p.* 28. – *Roem. S. Veg.* 2. C. minor panicula sparsa nigricante . *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 11. *f.* 38. – *Scheuchz. Agr.* 384.

In aquosis , ad fossas communis . Ann. Floret sera æstate .

Culmus semi-pedalis , pedalis , flaccus . Folia linearia . Involucrum 3-4-phyllum longissimum . Umbella radiis 3, sæpius pluribus , inæqualibus brevibus , centralibus subnullis apice decompositis , spiculis numerosis confertissimis , lineari-acutis , ob paleas acutas inter se distinctas margine serratis . Palearum color nigricans , vel fusco-virens , margine et carina viridi .

60. Monti . *L.* Culmo triquetro basi folioso : umbella multifida , radiis patenti-paniculatis ; spicis lineari-lanceolatis turgidiusculis, late imbricatis : involucro umbella longiore : radice repente .

C. Monti. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC.*

Syn. - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 29.* - *Roem. S. Veg.* 2. C. serotinus.*Rothb.*-*Vahl.*C. serotinus odoratus radice longa, panicula locustis latis ferrugineis compactis. *Monti Cat.pl. Ag^r. bon. Prod. t.* 1. *n.* 2. - *Scheuchz. Agr. p.* 380. - *Mich. N. Pl. G.* 45. *n.* 9.

In udis, ad fossas, ripas communis. Perenn. Floret Majo-Augusto.

Culmus 2-3-pedalis vel ultra, triqueter. Folia superius tantum scabra. Involucrum 3-4-phyllum folio uno longissimo. Umbella 7-9-fida radiis compressis inaequalibus, superne paniculatis, nec umbelliferis, ramulis patentissimis, bracteola instructis. Spiculæ compressæ, sed non complanatae; glumis obtusiusculis, rubro-spadiceis, dorso margineque albidis.

61. Longus. *L.* Culmo triquetro, inferne folioso; involucro longissimo: umbella multifida fastigiata, pedunculis elongatis nudis umbelluliferis: spiculis lineari-lanceolatis compressis alternis: radice repente.

C. longus. *All. Ped.* - *Smith. Br.* - *W.Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 30.* - *Roem. S. Veg.* 2.* C. odoratus radice longa, etc. *Scheuchz. Agr.* 378. *t.* 8. *f.* 12. C. radice repente odora, etc. *Mich. N. Pl. G.* 45. *n.* 4. *t.* 31.

In fossis ubique. Vulgo: *paglia da sedie*. Perenn. Floret Junio-Julio.

Culmus 3-5-pedalis, foliis carinatis, striatis, margine scabris. Involucrum 4-5-phyllum inaequale, longissimum. Umbella 10-12-fida radiis primariis longis, inaequalibus nudis; umbellulae radii corymbosi, centralis brevissimus, nudi, simplices, vel iterum in umbellulam decompositi, involucellis 2-4-phyllis brevibus. Spiculae valde compressae lineari-lanceolatae, nitidae, paleis spadiceis, dorso et margine albo-virentibus.

TRIANDRIA DIGYNIA.

Sect. I. Flores paniculati, aut spicato - digitati: spiculæ uniflorœ.

(24) SACCHARUM.

62. Ravennæ. *Murr. Syst. Veg.* Panicula laxa, rachi lanata, floribus aristatis: foliis planis.

S. Ravennæ. *W. Sp.* - *Pers. E.* - Lois. *G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 43.* Erianthus Ravennæ. *Palis. de B.* - *Roem. S. Veg.* 2. Arundo farcta vallium Ravennæ. *Zannon. Hist.* 64. *t.* 24. - *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 8. *f.* 32. Gramen arundinaceum plumosum album. *Scheuchz. Agr.* 136. *t.* 3. *f.* 7. *a*, *b*.

In maritimis inundatis. *Presso Ostia*, *Castel-fusano* .... Perenn. Floret Julio.

Culmus 1-12-pedalis crassus alba medulla repletus. Panicula pedalis et ultra, candicans, holoserica pilis longis albis e pedunculis et basi calycum: valvæ calycinæ mucronatæ: corollæ glumæ inæquales, minor arista terminali calyce longiore.

53. CYLINDRICUM. *Enc.* Panicula spicata cylindrica, floribus diandris, foliis convolutis, geniculis glabris.

S. cylindricum. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.-Savi Bot Etr.* 1. *p.* 44.* Lagurus cylindricus. *L. - All. Ped.* Imperata arundinacea. *Cyrill. Ic. rar. Fasc.* 2. *p.* 26. *t.* 11.- *Roem.S.Veg.* 2.* Gramen tomentosum spicatum. *Scheuch. Agr.* 57. *t.* 2. *t.* 4. *A.*

In montibus calcareis. *Presso Santo-Polo* .... Perenn. Floret Junio.

Culmus bipedalis. Panicula spicata niveo-sericea: pili albi sericei longi e pedunculis et basi calycum. Valvæ calycinæ et corollinæ acuminatæ, albo-scariosæ, margine ciliatæ.

(25) LAGURUS.

64. OVATUS. *L* Spica ovata villosa. *Savi B. Etr.* 1. *p.* 90.*

L. ovatus. *All Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2. Gr. alopecurum molle, spica incana. *Barr. ic.* 116. *n.* 1, 2. Gr. spicatum tomentosum, longissimis aristis donatum. *Scheuchz. Agr.* 58 *t.* 2. *f.* 4. *B*, *C.*

In sterilioribus, ad vias communis. *In copia grande sul Testaccio*, *etc.* Ann. Floret Aprili, Majo.

Culmus pedalis. Spica densissima ovata, albo-villosa.

(26) STIPA.

65. PENNATA. *L.* Aristis longissimis, plumosis, basi nudis.

St. pennata. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi* 2. *Cent. p.* 28. *- Roem. S. Veg.* 2* Gr. sparteum pennatum majus. *Barr. ic.* 46. Gr. spicatum aristis pennatis. *Scheuchz. Agr* 153. *t.* 3. *f.* 13. *b.*

In siccis montanis. *A Santo-Polo in copia* ... .Perenn. Floret Junio.

Culmus bipedalis: folia involuto-setacea. Corollæ valva exterior pilosa, arista terminali pedem circiter longa pilis albis sericeis pinnata, inferius nuda torta.

66. CAPILLATA. *Pollich.* Aristis longissimis curvatis nudis: foliis convoluto-junceis rigidulis intus sub-pubescentibus: panicula laxa demum rufescente.

St. capillata. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois.G. - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2. St. juncea *β. Lam. Fl. Fr.* St. aristis nudis flexuosis, calyce semine longiori. *Hall. Helv. n.* 1513.

In montosis sterilioribus. *Presso Tivoli* .... Perenn. Fl. Julio.

Culmus erectus 2-pedalis. Panicula 4-pollicaris laxa, pedunculis ramosis. Calix valvis subaequalibus lanceolato-oblongis, demum rufescens. Corollae gluma exterior dorso 5-nervia, nervis margineque villosis, in aristam longissimam nudam superne tortilem producta.

67. Aristella. *Syst. Nat.* Aristis nudis (rectis) flosculo vix duplo longioribus: foliis superioribus planis. *DC. Syn.*

St. aristella. *All. Auct. Fl. Ped.* 99. *t.* 2. *f.* 4. - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Roem. S. Veg.* 2. Agrostis bromoides. *L. Mant.* - *Gouan. ill.* 3. *t.* 1. *f.* 3.

In montium viis aridis, ad sepes. *Sulle falde del Monte Gennaro, a Palombara ....* Perenn. Floret Junio.

Culmus 2-3-pedalis tenuis. Folia angusta convoluta, superiora planiuscula. Panicula subspicata, stricta, pedunculis sub-solitariis, bi-tri-floris. Calix valvulis sub-aequalibus oblongis, acuminatis, nervosis, margine scariosis. Corollae gluma exterior acuta, apice aristata, arista flosculo sub-duplo longiore; interior membranacea, valde brevior.

(27) MILIUM.

68. Effusum. *L.* Panicula diffusa; floribus ovatis, dispersis, muticis. *Roem. S. Veg.* 2.

M. effusum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 28. Agrostis effusa. *DC. Fl. Fr. et Syn.* Gramen sylvaticum panicula miliacea sparsa. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 5. *f.* 10. - *Scheuchz. Agr.* 133.

In nemoribus. *Presso Albano, Palazzuola, Genzano ....* Perenn. Floret Majo.

Culmi erecti 3-4-pedales. Folia plana, striata, retrorsum scabra; vaginae glabrae, ligula oblonga, lacera. Panicula ramis inaequalibus, semi-verticillatis, capillaribus, patentibus, etiam divaricatis, ramulis brevibus. Flores ovati sub-turgidi; glumis calycinis scabriusculis, trinerviis, coriaceis, obtusis, viridibus vel viridi-purpurascentibus: corollae glumae nitidae, sub-corneae, acutiusculae, pallidae, altera latiore alteram amplectente.

(28) AGROSTIS.

69. Milium-comosum. *Poir. Enc. Suppl.* 1. *p.* 257. Panicula maxima nutante laxa: floribus numerosis, ovatis, laevibus, aristatis; aristis rectis corolla sub-duplo longioribus: foliis glabris, superne scabriusculis.

A. miliacea. *Savi B. Etr.* 1. *p.* 31.* (ex descr. et spec. auctoris). -*Sebast. R. Il. Fasc.* 2. *p.* 23. Piptatherum comosum. *Roem. S. Veg* 2. Gr. miliaceum majus, nutante panicula. *Barr ic.* 754. Agrorum venti spica, et gr. agrorum. *Lob. ic.* 3. Gr. agrorum Lobelii. *J. B. H.* 2. *p.* 461.

In muris, montibus saxosis communis. Perenn. Floret Julio.

Culmus 3-4-pedalis, perennans. Panicula 1-2-pedalis patens, ramis verticillatis, filiformibus, ramosis, scabris. Calix ovatus, turgescens, valvis subæqualibus lanceolato-acuminatis, lævibus, dorso subviolaceis. Corolla minor gluma latiore aristata, arista gluma sua duplo et ultra longiore.

Huc forte spectat auctorum plurium Agrostis miliacea. Vera Linnæi Agr miliacea dicitur differre arista breviore calycem æquante. V. *Roem. et Sch. l. c.* Nonne unius speciei varietates considerandæ?

70. VULGARIS. *Smith Br.** Paniculæ laxifloræ ramulis in anthesi patentibus, divaricatis, capillaribus: calycibus subæqualibus; petalis (sæpius) muticis; interiore dimidio breviore, retuso. *Bertol. Rar. It. Pl. Dec. 3. p. 7.* - id. Opusc. Scient. Bol. Fasc. 1. p. 58.**

α. Bert. l. c. Panicula capillari erecto-patente, floribus muticis.

A. vulgaris *α. Smith Br. - W. En. H. Ber. - Pers. E. - Lois. Notic.* 14. - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 32. - *Roem. S. Veg.* 2. A. capillaris. *Enc. - Leers t.* 4 *f.* 3., *et pl. auctor.* Gr. montanum panicula spadicea delicatiore. *Scheuchz. Agr.* 129. *t. 3. f. 5. B.*

β. Culmo erecto vel adscendente: flosculis aliis muticis, aliis aristatis. *Bert. l. c.*

A. vulgaris *β. Smith l. c. - Savi l. c.* A. vulgaris *γ. Roem. et Sch. l. c.* A. varia. *Host. Gr. Aust.* 4 *p.* 33. *t.* 57. A. radice repente, panicula delicata spadiceo-viridi. *Scheuchz. Agr.* 127. *t.* 3. 5. *A.*

κ. Culmo decumbente, sæpe ad genicula radicante: (paniculæ ramis hispidis), flosculis muticis. *Bert. l. c.*

A. vulgaris *δ. Roem. et Sch. l. c.* A. alba. *L. Sp. pl. - Smith Br.* - Balbis Fl. Taur.* 15. - *Lois. G. - Roem. S. Veg.* 2. ? A. diffusa et stolonifera. *Hos. Gr. aust.* 4. *t.* 55, 56.

Var. *α* vulgatissima in arenosis, collibus, ad oras nemorum. *β Nei quarti di Marino intorno alla sorgente dell' acqua solfata, e sulla strada postale d'Albano in copia, etc.* *κ* in demissioribus: *intorno agli stagni d'Ostia, etc.* Perenn. Floret Junio-Julio.

„ Radix e fibris numerosis, subinde repens. Culmi striati,
„ vel toti erecti, vel superiore parte tantum: folia angu-
„ gusta linearia, scabra: stipula variæ longitudinis obtu-
„ sa, erosa: panicula alternatim semi-verticillata, ramu-
„ lis laxe floriferis, inæqualibus, inferne nudis, ante et
„ post anthesim strictissimis, in anthesi patenti-divarica-
„ tis, trichotomis, dichotomis, scabriusculis (in *α* mi-
„ nus, in *κ* hispidis): calycis glumæ subæquales, acutæ,
„ muticæ, sæpius carina scabræ (in *κ* scaberrimæ, fe-
„ re serrato-ciliatæ), lineam circiter longæ: petalum ma-

„ jus calyce paullo brevius: color paniculæ nunc viridi-
„ purpurascens nunc pallide-virens. „ *Bertol. l. c.*

71. STOLONIFERA. *L.* Panicula verticillata, ramulis dense floriferis; calycibus undique pubescentibus.

A. stolonifera. *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2. A. verticillata. *Villars Delph.* - *W. Sp.* - *Bert. R. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 10.* A alba β. verticillata *Pers. E.* Gr. caninum supinum minus. *Scheuchz. Agr.* 128., et Gr. radice repente panicula densa, spicata, spadiceo-viridi, etc. *Ibid. p.* 130.

In humidis pratis, ad vias, juxta fontes communis. Perenn. Fl. æstate.

Radix ramosissima. Culmi basi repentes, geniculis infimis sæpius radicantibus, etiam 12-15-pollicares. Folia plana, nervosa, scabra, apice mucronata: ligula lacera. Panicula ramis verticillatis ab insertione ad apicem dense floriferis, inferioribus remotiusculis, superioribus approximatis, coarctatis. Flores lineari-lanceolati. Calycis valvæ æquales, muticæ, undique pubescentes, nec carina tantum scabræ, sæpe purpurascentes. Corollæ glumæ breviores, inæquales, muticæ.

(29) SANTIA.

72. PLUMOSA. *Savi Mem. d. Soc. Ital. T.* 8. *P.* 2. *p.* 479. Panicula coarctata, subspicata: calycinis valvis sub-pubescentibus, margine glabris, sub apice aristatis.

S. plumosa. *Savi* 2. *Cent. p.* 21. Polypogon Monspeliense. *Desf. Atl.* 1. *p.* 67. - *W. Act. Nov. Soc. Nat. Ber. v.* 3. - *Pers. E.* - *DC. Fl. Fr.* - *Lois. G.* - *Roem. S. Veg.*

α. Paniculæ ramis divulsis. *Savi l. c.*

Alopecurus monspeliensis. *L.* Phleum crinitum. *Schreb. gram.* 151. *t.* 20. *f.* 3. - *Smith Br.* 1. Agrostis panicea α. *W. Sp.* Polypogon Monspeliense α. *Auct. citat.* Gr. alopecurum majus spica virescente divulsa, pilis longioribus. *Barr. ic.* 115. *f.* 2. - *Scheuchz. Agr.* 155. Alopecurus altera anglica maxima paludosa, etc. *J. B. H.* 2. *p.* 474. - *Moris. H.* 3. *p.* 19. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 8.

β. Paniculæ ramis adpressis. *Savi l. c.*

Alopecurus paniceus. *L.* Cynosurus paniceus. *Sp. pl. ed.* 1. Phleum crinitum β *Smith l. c.* Agrostis panicea β. *W. Sp.* Polypogon Monspeliense β. *Auct. cit.* Gr. alopecurum majus spica virescente divulsa *Barr. ic.* 115. *f.* 1. Gr. alopecurum minus spica longiore. *C. B. P.* 4. - *Scheuchz. Agr.* 154.

In pratis maritimis udis, α præsertim frequens. *In copia ad Ostia, etc.* Ann. Floret Junio, Julio.

Culmus semi-pedalis, sesqui-pedalis. Panicula 2-6-pollicaris, viridi-lutescens, plumosa, lobata. Calycis valvæ pilis minutissimis conspersæ, parum infra apicem arista-

tæ. Corollæ glumæ inæquales, major parum infra apicem emarginatum aristata, minor acuminata, mutica. -Varietas *β* promiscue cum specie venit; eaque minor et tenerior, nulla autem in floribus differentia, monente etiam Smithio: hinc male Scheuchzerus *folliculum* (corollam) muticum illi tribuit.

(30) CRYPSIS.

73. ACULEATA. *Ait. Kew.* Culmis ramosis compressis: paniculis subspicatis, hemisphoericis, involucro foliaceo cinctis; floribus 2-andris. *Schrad.* - *Roem.* *S. Veg.* 2.

C. aculeata. *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 41. C. aculeata *α*. *W. Sp.* Schoenus aculeatus. *L. Sp. Pl.* - *Schreb.* Anthoxanthum aculeatum. *L. Suppl.* 89. Agrostis aculeata. *Scop. Carn.* - *All. Ped.* Gramen album capitulis aculeatis italicum. *Scheuchz. Agr.* 85. - *Moris. H.* 3. *p.* 195. *s.* 8. *t.* 5. *f.* 3.

In maritimis humentibus. *Ad Ostia presso il ponticello ....* Bienn. Floret æstate.

Culmus 6-12-pollicaris procumbens ramosus: folia rigido-pungentia. Spicæ capitatæ, sub-rotundæ, foliis vaginantibus, brevibus, pungentibus, horizontalibus involucratæ, sæpe purpurascentes.

(31) ALOPECURUS.

74. AGRESTIS. *L.* Culmo erecto, superne scabriusculo: panicula spicata, cylindracea, attenuata; calycibus nudiusculis, valvis basi connatis; corolla glabra.

A. agrestis. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2. Phleum flavum. *Scop. Carn.* Gr. typhinum plantaginis spica, aristis geniculatis. *Barr. ic.* 699. *f.* 2. Gr. spicatum, spica cylindracea tenuissima longiore. *Scheuchz. Agr.* 69. *t.* 2. *f.* 16.

In pratis, pascuis communis. Ann. Floret Majo.

Culmus 1-2-pedalis. Spica sesqui-2-pollicaris cylindrica attenuata, viridi-spadicea vel purpurasceus. Calycis valvæ lanceolato-acutæ, basi connatæ, carina tenuissime ciliatæ. Corolla glabra calyce parum major, basi aristata; arista geniculato-recurva, inferne lævis.

75. UTRICULATUS. *Pers. E.* Racemo spicato, ovato; valvis calycinis compressis, angulo dorsali callosis, carina pilosis: arista articulata: vagina superiore inflata utriculata.

A. utriculatus. *Roem. S. Veg.* 2. Phalaris utriculata. *L.* - *All. Ped.* - *Scop. Del. Ins.* 1. *p.* 28. *t.* 12. - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tozzettia pratensis. *Savi Mem. d. Soc. It. T.* 8. *P.* 2. *p.* 477. - *id.* 2. *Cent. p.* 18.* - *Targ. Ist. t.* 2. *p.* 74. Gr. pratense spica purpurea ex utriculo prodeunte, etc. *Scheuchz. Agr.* 55. *t.* 2. *f.* 3. *B, D, G, H.*

In pratis, pascuis vulgaris. Ann. Floret Aprili.

Culmus 1-sesqui-pedalis. Spica pollicaris ovata ex albo viridi, subinde spadiceo intermixto, e vagina superiore utriculata florescentiæ tempore erumpens. Calyx subrhomboidalis valvis triangularibus, angulo dorsali calloso. Corolla vix longior, valvis hinc longitudinaliter connatis, lanceolato-acutis: arista basilaris medio articulata.

(32) BECKMANNIA.

76. Erucæformis *Host Gr.* 3. *p.* 5. *t.* 6. Panicula patente; spiculis linearibus distichis 30-40-floris, fructiferis adpressis: radice bulbosa. *Host l. c.* - *Ten. Fl. Neap.* 1. *p.* 16.

B. erucæformis. *Roem. S. Veg.* 2.* Phalaris erucæformis. *L.* - *Pers. E.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 37. Cynosurus erucæformis. *Ait. Kew.* - *W. Sp.* Gr. palustre locustis erucæformibus. *Barr. ic.* 2.

In locis humidis, fossis. *Nella Macchia d'Ostia, presso Albano* .... Perenn Fl. Majo.

Culmus 1-4-pedalis. Panicula sub-semipedalis ramulis inferioribus ternis, medio longiore, superioribus solitariis, omnibus secundis, patentibus, fructiferis adpressis. Flores uni-laterales. Calix 1-2-florus valvis obtusis, concavis, nec compressis carinatis. Corolla longior gluma altera acuminata.

(33) PHALARIS.

77. Canariensis. *L.* Panicula spiciformi ovata: valvis calycinis navicularibus carina alata integra: corolla valvulis binis accessoris.

Ph. canariensis. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2. Ph. major semine albo. *C. B. P.* 28. - *Scheuchz. Agr.* 52. - *Moris. H.* 3. *p.* 186. *s.* 8. *t.* 3. *f.* 1.

In pratis, pascuis sponte communis. Ann. Floret Majo.

Culmus 2-3-pedalis, striatus, geniculis fuscis. Folia striata, vaginis ventre inflatis. Spica ovata densa semipollicem longa. Calycis valvæ membranaceo-alatæ, albidæ striis binis viridibus utrinque pictae. Corolla 4-valvis: valvulæ duæ exteriores lanceolatæ minutæ, calyci alternæ; interiorum major sericeo-villosa minorem glabram arcte amplectens. Semen ovato-compressum, nitidum.

78. Nodosa. *L.* Panicula spiciformi oblongo-ovata; valvis calycinis naviculari-lanceolatis, carina integra vix alata: corolla villosa, valvula tertia accessoria: radice nodosa; culmo adscendente.

Ph. nodosa. *Marsch. a Bieber.* - *Sibth. Fl. Græc.* - *Roem. S. Veg.* 2. Ph. perennis major, radice nodosa. *Moris. H.* 3. *p.* 187.

In pascuis nonnullis ad urbis occidente. *In copia presso l'Osteria di Ponte Galera, e ne'luoghi vicini, etc.* Perenn. Floret Junio, Julio.

Radix nodis tumentibus, fibrisque donata. Culmi plures 3-5-pedales, etiam altiores, basi geniculati, adscendentes internodiis distantibus, nodis zona ampla fusca notatis, superne nudi. Folia plana, striata acuta, rigidula, margine scabra. Vaginæ striatæ, suprema leviter ventricosa. Ligula ampla, bifida, lacera. Panicula spiciformis lobata, oblongo-ovata, fere lanceolata, obtusa, sesquipollicaris vel ultra, tota pallida. Calix oblongus, compressus, glaber; valvis navicularibus lanceolatis, acutis carinatis, carina vix alata, integra, æquali, scabra; nervis utrinque binis virescentibus, altero juxta marginem, altero propius carinam. Corolla glumis binis villoso-sericeis, altera majore ovato-acuta, altera angustiore lanceolata, ad cujus basim extus valvula tertia accessoria minima subulata.

Conf. Ph. bulbosa albo semine. *Scheuchz. Agr.* 53. cui auctori forte valvula illa minima in conspectum non venit.

79. Minor. *Rets.* Panicula spiciformi oblonga: valvis calycinis navicularibus carina alata dentata: corolla villosa, valvula tertia accessoria.

Ph. minor. *W. En. H. Ber.* Ph. aquatica. *W. Sp. - Schrad. Ger. - Pers. E. - Lois. G. add.* Ph. aquatica et Ph. commutata. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. typhinum phalaroideum minus bulbosum aquaticum. *Barr. ic.* 700. *f.* 2. Ph. major semine nigro. *Raii H.* 1248. (ex descr.). Gr. phalaroides angustifolium sub-glaucum spica oblonga. *Scheuchz. Agr.* 54. (ex descr.).

In pascuis frequens: locis aquosis inundatis non gaudet. Ann. Floret Majo.

Radix fibrosa, quandoque nodis ad culmi basim incrassatis, approximatis. Culmi 2-3-pedales, superne nudi. Folia plana, striata, acuta, minus rigida, vaginis laxiusculis. Ligula magna, alba, obtusa, bifida. Panicula spicata, ovato-oblonga, obtusa, sesquipollicaris, viridis, ex pallido, et saturatiore colore variegata. Valvæ calycinæ naviculares, semi-ovatæ, acuminatæ, carina prominenti membranaceo-alata dentata, dentibus 2-3, sæpius infra apicem truncata, margine membranaceæ, dorso pallidæ striis utrinque binis viridibus. Corolla ut in præcedente.

80. Aquatica. *L.* Panicula spiciformi cylindracea; valvis calycinis navicularibus carina alata dentata: corolla bivalvi sub-glabra: radice bulbosa.

Ph. bulbosa. *W. Sp. - Lois. Fl. Gall. Add. - DC. Fl. Fr. Suppl. - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2. Ph. tuberosa. *Pers. E.* Gr. typhinum phalaroides majus bulbosum aquaticum. *Barr. rar.* 1200. *t.* 700. *f.* 1. Gr. phalaroides hirsutum spica longissima. *Buxb. Cent.* 4. *p.* 30. *t.* 53.

In pascuis et secus fossas communis. Perenn. Floret Majo,

Radices bulbosæ. Culmi 2-3-pedales et ultra. Folia angusta, acuta, striata, minus rigida: vaginæ laxiusculæ; ligula membranacea obtusa. Panicula spiciformis, cylindracea, pallide-viridis, sub-violaceo, vel fusco colore variegata. Calix, dum clausus, obovatus: valvæ naviculares, carina prominenti, membranaceo-alata, dentata, dentibus pluribus, apice acuminatæ, pallidæ, superius sub-violaceæ, utrinque nervis binis viridibus. Corolla oculo armato vix manifeste pilosa, glumis binis inæqualibus, valvula accessoria nulla.

Conf. Ph. bulbosa semine albo. *Park. Th.* 2. - *Raii H.* 1249.

Plantam hanc nostram cum *Ph. bulbosa L.* convenire primum suasus, ad eam speciem synonimon Barrelieri evidenter huic spectans amandandum monuit alter nostrum in suo Roman. Plant. Fasc. 1. p. 62. Verum cum diversa profecto res *Ph. bulbosa L.* hodie demonstretur, et minus fauste Willdenowium in Sp. Pl., auctoresque plures eas conjunxisse appareat e recentiorum scriptis et præsertim e cl: Roemeri et Schultesii Syst. Veg. 2. p. 381., quo genuinam *Ph. bulbosam L.* sub nomine *Acnodontonis Bellardi* afferunt, dubium nec quidem restat quod icon Barrelieri (qui ad Tyberim specimina legebat), nec non Buxbaumii illa superius citata, ambo perfecte speciem nostram reddentes veram *Ph. aquaticam L.* sibi vindicent, quacum a sapientissimo auctore associatæ fuerant. Præterea quemnam proprium *Phalaridis minoris Retzii* indigitavit characterem Linnæus, de *Phalaride aquatica* verba faciens, qui Botanicos congruentiam harum specierum doceret?

81. Paradoxa. *L. fil. Dec.* 35. *t.* 18. Panicula spicata oblonga obtusa: calycibus sterilibus erosis pluribus; fertilibus lanceolatis, apice longe acuminatis, carina alata truncata.

Ph paradoxa. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 36. - *Roem. S. Veg.* 2.* Ph. præmorsa. *Lam. ill.* 164. Gr. phalaroides spica brevi reclinata ex utriculo prodeunte. *Moris. H.* 3. *p.* 187. *s.* 8 *t.* 3. *f.* 6.

In pratis et inter segetes frequens. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmus 1-2-pedalis vel ultra, inferne ramosus geniculatus. Spica 1-2-pollicaris, oblongo-ovata, obtusissima, lobata, ante florescentiam vagina foliorum suprema ventricosa involuta. Florum fertilium calyx valvis acuminatis carina infra apicem alata, ala membranacea, truncata, acuta, margine scabra. Flores plurimi in ramulis steriles, minores, calyce apice præmorso, forma varii.

82. Subulata. *Savi Giorn. Pis. T.* 4. *p.* 225. *f.* 1, 2, 3. Spica subulata: calycibus ovato-acutis, valvis navicularibus

compressis, minime alatis, dorso asperis trinerviis, margine membranaceis.

Ph. subulata. *Savi B. Etr.* 1. *p.* 35.* Phleum tenue. *Schrad. Germ.* Phleum Bellardi. *W. En. H. Ber.* (utr. excl. syn.). Achnodonton tenue. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. typhinum longissima spica, molli albicante. *Barr. Ic.* 14 *f.* 1.

In pratis, collibus, viis vulgaris. Ann. Floret Junio.

Radix fibrosa, quandoque ad culmi ortum incrassata. Culmi sub-filiformes, tenaces, pedales, inferne sub-ramosi; superne nudi, nitidi, rubro spadicei. Panicula spicata, densa, cylindrica, tenuis, elongata, 1-3-pollicaris: valvæ calicinæ naviculares, albidæ, mucrone brevi terminatæ, nervis 3 viridibus, lateralibus binis, tertio carinæ loco; tota dorsi superficie aculeis minutissimis scabræ, margine membranaceæ. Corollæ valvula exterior similiter scabra, apice denticulata.

83 Arenaria. *Huds.* Spica oblongo-lanceolata, obtusa: calycinis valvis naviculari-compressis lanceolatis, acuminatis, carina ciliatis: culmis basi ramosis.

Ph. arenaria. *Smith Br.* – *W. Sp.* - *Pers. E.* – *Lois G.* – *Savi B. Etr.* 1. *p.* 54. – *DC. Syn.* Phleum arenarium. *L.* – *All. Ped.* Crypsis arenaria. *Desf. Atl.* Chilochloa arenaria. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. typhinum maritimum minus. *Pluk. phyt. t.* 33. *f.* 8. – *Scheuchz. Agr. p* 63.

In maritimis pratis frequens. *Presso Ostia*, *etc.* Ann. Floret Junio.

Radix fibrosa. Culmi 3-pollicares, pedales, superne nudi, amethystini. Vaginæ laxæ, suprema ventricosa. Spica ovato-lanceolata apice obtuso, basi attenuata. Calix, clausus, lanceolatus, valvis compressis apice breviter acuminatis trinerviis, carina superius ciliis validis instructa, margine scariosa apicem versus sub-ciliato. Corolla minor inclusa,

(34) PHLEUM.

84. Pratense. *Huds.* Spica cylindrica: calycinis valvis retuso-truncatis, nervo dorsali in mucronem calice breviorem producto; carinæ ciliis rigidis.

Phleum pratense. *Smith Br.** - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 38.* - *Roem. S. Veg.* 2.

α. *Huds.* – *Smith l. c.* – *Savi l. c.* Spica longissima, radice fibrosa.

Phleum pratense. *L.* – *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Gr. typhoides maximum spica longissima. *C. B. Prod.* 10. *cum ic.* – *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 2. - *Scheuchz. Agr.* 60. Gr. cum cauda muris longa majus. *J. B. H.* 2. *p.* 472.

β. *Huds.* – *Smith l. c.* – *Savi l. c.* Spica mediocri, radice incrassata.

Gr. typhoides asperum primum. *C B. P.* 4. - *Scheuchz. Agr.* 61. Gr. cum cauda muris minus. *J. B. H.* 471.

γ. *Huds.* - *Smith l. c.* - *Savi l. c.* Spica brevi, radice bulbosa.

Phleum nodosum. *L.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Ph. bulbosum *pl. auctorum*. Gr. typhoides asperum alterum. *C. B. P.* 4. - *Scheuchz Agr.* 62. Gr. typhoides minus nodosum. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 3. Gr. cum parva cauda muris, radice nodosa, repens. *J. B. H.* 2. *p.* 472.

In pratis humidis ad montium radices: α *alle falde del Monte Gennu o, etc.* β et γ passim in argillosis, collibus, pascuis. Perenn. Floret Junio, Julio.

Culmi altitudine varii, erecti, superne nudi. Spica cylindrica, obtusa, densa, in α etiam 4-pollicaris, in β et γ gradatim brevior usque ad figuram ovalem. Calix compressus valvis truncato-retusis, margine membranaceo albo, carina ultra medium ciliata, ciliis paucioribus validis, in mucronem brevem scabrum, non nihil divergentem producta. Corolla 2-valvis, inclusa, antheris violaceis, in β albis.

85. Michelii. *All. Ped.* Spica elongata, cylindrica, superius attenuata, hirsuta: calycinis valvis oblique truncatis, nervo dorsali producto cuspidatis, carina ciliatis.

Ph. Michelii. *Roem. S. Veg.* 2. Phalaris Michelii. *Savi Giorn. Pis.* 4. *p.* 230. *f.* 2. - *id. Bot. Etr.* 1. *p.* 36. Phalaris alpina. *DC. Fl. Fr. n.* 1489. - *id. Syn.* - *Lois. G.* Phleum phalarideum. *Villars. Delph.* 2. *p.* 60. Gr. typhinum junceum perenne. *Barr. ic.* 21. *f.* 2. Gr. typhoides alpinum spica graciliori delicata et villosa. *Scheuchz. Agr.* 65.

In agris, viis communis. Perenn. Floret Junio.

Culmus glaber, striatus, 1-2-pedalis vel ultra, e radice bulbosa. Folia brevia; vaginæ laxiusculæ; ligula obtusa mucronata. Panicula spicata densa cylindrico-attenuata, lobata, 2-3-pollicaris. Calycinæ valvæ compressæ, carina rectiuscula fere lineares, albidæ, margine membranaceo, superne oblique tantum truncato et continuo cuspidi rectæ e dorso productæ, cujus ope calyx etiam clausus bicornis evadit. Nervum dorsale viride pilis longiusculis patentibus ciliatum. Corolla 2-valvis inclusa.

(35) TRAGUS.

86. Racemosus. *All. Ped.* Panicula simplici coarctata spiciformi.

Tr. racemosus. *DC. Syn.* - *Roem S. Veg.* 2.* Tragus. *Hall. Helv.* 1413. Cenchrus racemosus. *L.* - *Lois. G.* Cenchrus linearis. *DC. Fl. Fr.* Lappago racemosa. *W. Sp.* - *Pers. E.* Gr. caninum maritimum spica echinata. *Scheuchz.*

Agr. 76. Gr. caninum maritimum spicatum echinatis glumis. *Barr. ic.* 718.

In collibus, siccis, plateis non rarus. *Sul Monte della Croce di Tivoli; sulle piazze del Quirinale, del Vaticano* ... Ann Floret Julio.

Culmus semipedalis ramosus. Panicula coarctata, ramulis 3-5-floris. Valva calycis exterior nervosa, nervis uncinato-aculeatis, semen caucalidis referens.

(36) PANICUM.

A. Floribus involucro setoso suffultis.

(*Setaria*. Palis. de Beauv.).

87. VERTICILLATUM. *L.* Panicula spiciformi cylindrica: involucellis aristaeformibus deorsum hispidis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 39

P. verticillatum. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* – *DC. Syn.* Setaria verticillata. *Roem. S. Veg.* 2.* Gr. paniceum spica aspera. *Scheuchz. Agr.* 47. – *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 11.

In hortis, cultis, ambulacris commune. Ann. Floret aestate.

Panicula elongata subverticillata. Racemuli multiflori in singulo verticillo circiter 4. Setae sub-binae ad quemvis florem, rigidae, denticulato-hispidae, dentibus reversis.

88. VIRIDE. *L.* Panicula spiciformi cylindrica: involucellis aristaeformibus sursum hispidis; seminibus minutissime muricatis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 40.

P. viride. *All. Ped.* – *Smith Br.** - *W. Sp.* – *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* P. crus-galli. *Fl. Dan. t.* 852. Setaria viridis. *Roem. S. Veg* 2.* Gr. paniceum, sive panicum sylvestre spica simplici. *Scheuchz. Agr.* 46. - *Moris. H.* 3. *p.* 139. *s.* 3. *t.* 4. *f.* 10.

In hortorum ambularis, ad vias ubique: vulgo *panizastrella*. Ann Floret tota aestate.

Culmus pedalis. Panicula spiciformis cylindrica. Pedicelli 2-5-flori. Setae rigidulae, sub-quaternae, hispidae aculeis sursum spectantibus. Semina minutissime muricata.

89. GLAUCUM. *L.* Panicula spiciformi cylindrica: involucellis mollibus sursum hispidis: seminibus trauverse undulato-rugosis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 40.

P. glaucum. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 63. Setaria glauca. *Roem. S. Veg.* 2. Panici effigie gramen simplici spica. *Lob. ic.* 13.

In cultis, vineis, viis montium praesertim frequens. Ann. Floret aestate.

Herba pallida. Culmus pedalis vel minor. Panicula spiciformis sub-ovata vel cylindrica lutescens. Pedicelli 1-2-flori. Setae plures, molliusculae, longae, hispidae aculeolis

sursum spectantibus. Semina transversim rugosa, nec muricata.

B. Calycis valvulis acutis, hirtis, flosculi incompleti exteriore similiter hirta, acuminata vel aristata.
(*Echinochloa*. P. de Beauv.)

90 Crus-galli. *L.* Racemis spicatis alternis conjugatisque, sub-divisis: spiculis muticis vel aristatis, hispidis: rachi sub-quinque-angulari. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 41.

P. crus-galli. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 64. Echinochloa crus-galli. *Roem S. Veg.* 2. Gr. paniceum spica divisa. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 15, 16. - *Scheuchz. Agr.* 48, 49.

In cultis, ad vias solo humido haud infrequens. Ann. Floret Junio.

Culmi 1-sesqui-pedales. Rachis 3-5-angularis, angulis scabra, setis longis ad ramorum basim. Spiculae biflorae. Calix valvis binis valde inaequalibus hispidis. Flosculus hermaphr. calycem aequans bivalvis cartilagineus; neuter gluma exteriore calycinae majori simili, hispida, nervo dorsali in mucronulum, vel in aristam longitudine admodum variam producto.

(37) DIGITARIA.

91. Sanguinalis. *Scop. Carn.* Spicis digitatis erecto-patulis sub-quaternis, basi interiore nodosis: floribus geminatis; calycinis valvis margine pubescentibus: vaginis foliisque pilosis.

D. sanguinalis. *All. Ped.* - *Pers. E.* - *W. En. H. Ber.* - *Roem. S. Veg.* 2. Panicum sanguinale. *L.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** Dactylon sanguinale. *Villars Delph.* Syntherisma vulgare. *Schrad.* - *Lois. Notic. p.* 12. Paspalum sanguinale. *Enc.* - *DC. Syn.* Gr. dactylon folio latiore. *Scheuchz. Agr.* 101. *t.* 2. *f.* 2. 9. *h.* Ischaemum gr. sanguinarium. *Tabern. ic.* 222.

Communis in areis domuum, ad vias. Ann. Floret Junio, Julio.

Radix fibrosa. Culmi decumbentes pedales. Folia uti et vaginae papilloso-pilosae. Spicae digitatae erecto-patentes; rachis compresso-alata, basi interius nodosa. Flores biseriales, secundi, geminati altero pedicellato. Calix valvis binis inaequalibus, corollae adpressis, exteriore concava valide trinervia ad cujus basim squamula cordata minutissima oculo nudo male conspicua, quandoque nec armato. Corolla calyce vix longior, glumis acuminatis, duriusculis.

(38) CYNODON.

92. Dactylon. *Pers.* Spicis digitatis patentibus sub-quaternis, basi interiore villosis: floribus solitariis sessilibus: calyce patentissimo scabro: foliis margine ciliatis.

C. dactylon. *W. En. H. Ber. - Roem. S. Veg.* 2.* Panicum dactylon. *L. - Smith Br.* - W. Sp. - Lois. G.* Digitaria dactylon. *Scop. Carn. - All. Ped.* Paspalum dactylon. *Enc. - DC. Syn.* Gr. crucis seu cruciatum tetradactylon. *Barr. ic.* 753, 1. Gr. dactylon cum radice repente, sive officinarum. *Scheuchz. Agr.* 154. *t.* 2. *f.* 11. *i.* Gr. dactylon majus. *Zannich. Ven.* 117. *t.* 192.

Ubique ad vias, plateas, in cultis. Vulgo: *gramigna*, *gramiccia*, *erba canina*. Perenn. Fl. Junio, Julio.

Radix repens longissima. Culmi decumbentes, tenues, 2-4-pollicares. Spicae digitato-patentes, ternae-quinae. Rachis compresso-angulata, basi interius villosa. Flores secundi biseriales, seriebus approximatis sub-contiguis, solitarii, purpurascentes. Calix valvis binis patentibus lanceolatis parum inequalibus, margine scariosis, carina denticulata. Valvula accessoria nulla. Corolla calyce longior nitida.

Sect. II. Flores paniculati. Spiculae 2-multi-florae.

(39) AIRA.

A. Calice bi-(rarius 3-)floro, flosculis longiore: corollis aristatis, arista geniculata.

93. CARYOPHYLLEA. *L.* Panicula divaricata, ramis trichotomis: flosculis calyce minoribus; arista geniculata calycem excedente: foliis setaceis, ligula lanceolata acuta. *W. En. H. Ber.*

A. caryophyllea. *All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 56. *- Fl. Ticin.* 1. *p.* 39. *- Roem. S. Veg.* 2.* Gr. phalaroides sparsa panicula minimum angusti-folium. *Barr. ic.* 44. *f.* 1. Gr. paniculatum minimum molle. *Scheuchz. Agr.* 215. *t.* 4. *f.* 15.

In glareosis, arenosis, muris vulgaris. Ann. Floret Majo.

Exigua tenuissima planta culmo rarius 6-8-pollices elato. Panicula laxa ramis capillaribus trichotomis. Flores parvi, calyce nitido, valvis acutis. Flosculi bini; uterque sessilis, basi pilosus, et infra medium glumae exterioris aristatus, arista geniculata calycem excedente.

B. Calyce 2-floro flosculis longiore: corollis aristatis, arista clavata infra medium stellato-nodosa.
(*Corynephorus*. P. de Beauv.).

94. CANESCENS. *L.* Foliis setaceis, summo spataceo: flosculis basi aristatis; aristis inclusis, clavatis. *Savi B. Etr.* 1. *p.* 54.*

A. canescens. *All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Corynephorus canescens. *Palis. de B. - Roem. S. Veg.* 2.* Gr. foliis junceis oblongis, radice alba. *Moris. H.* 3 *p.* 200 *f.* 8. *t.* 3. *f.* 10. *- Scheuchz. Agr.* 242. et radice jubata. *ibid.* 243.

In arenosis maritimis. *Ad Ostia* .... Ann. Floret Junio.

Planta glauca. Culmi 4-pollicares-sesqui-pedales. Folia setacea; vagina suprema ventricosa. Panicula patens, demum coarctata, sub-secunda. Calix valvis acuminatis cinereo vel stramineo-argenteis; flosculi bini calyce duplo breviores; alter pedicellatus. Corollae gluma externa major, basi pilosa et aristata, arista calyce inclusa, inferne tortili, nigrescente, medio articulata, anulo denticulorum notata.

C. Calice 1-5- (saepius bi-) floro valvis obtusis: corolla mutica calycem xcedente. (*Catabrosa*. P. de Beauv.).

95. AQUATICA. *L*. Panicula diffusa: calycibus sub-2-floris, corollis muticis obtusis laevibus calyce longioribus: culmo basi repente: foliis planis

A. aquatica. *All. Ped.* - *Smith Br.**-*W. Sp.*- *Pers. E.* - *Lois. G.* Poa airoides. *Koel. gram.* 194. - *DC. Fl. Fr.* - *id. Syn.* Gr. aquaticum miliaceum. *Scheuchz. Agr.* 176.- *Vaill. Par.* 89. *t.* 17. *f.* 7.

In udis, fossis aquaticis communis. *In copia nella Grotta della Ninfa Egeria*, *etc.* Perenn. Floret Majo.

Culmi adscendentes, basi repentes, ut plurimum super aquam natantes geniculis radicantibus, fistulosi, sesquipedales. Folia glabra Panicula 3-4-pollicaris, pyramidalis, ramis semi-verticillatis tenuissimis, inaequalibus, patentissimis. Calix 2-florus saepe etiam 1-florus valvis inaequalibus obtusis ex viridi spadiceis. Corollae glumae calyce triplo longiores subaequales apice membranaceae obtusae, sub-erosae.

(40) HOLCUS.

96. LANATUS. *L.* Calycibus pubescentibus; flosculo altero masculo, arista arcuato-recurva calyce inclusa: vaginis lanuginosis.

H. lanatus. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Roem. S. Veg.* 2.* *Savi B. Etr.* 1. *p.* 49.* Avena lanata. *Koel. Gr.* 303. - *DC. Fl. Fr.* - *id. Syn.* Gr. pratense paniculatum molle. *Scheuchz. Agr.* 234. *t.* 14. *f.* 24. *a*, *b*.

In pratis, ad sepes communis. Perenn. Floret Majo, Junio.

Culmus 2-pedalis. Folia pallida, subtus praecipue pubescentia, mollia. Vagina suprema ventricosa. Panicula 2-3-pollicaris. Calix valvis pubescentibus, albis, carina ciliatis, altera latiore nervis 3 viridibus. Flosculi bini; hermaphroditus subsessilis muticus glumis subaequalibus; masculinus pedicellatus, gluma majore sub apice aristata; arista arcuato-recurva, calyce brevior.

(41) MELICA.

97. CILIATA. *L.* Flosculi inferioris petalo exteriore ciliato:

panicula spiciformi cylindracea; spiculis erectis demum patentibus.

M. ciliata. *All. Ped.*- *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 47.- *Roem. S. Veg.* 2.* Gramen avenaceum spica simplici, etc. *Scheuchz. Agr.* 174. *t.* 3. *f.* 16. *G, H, I, K.* Gr. sparteum alopecurum spica sericea grumosa typhina. *Barr. ic.* 3. *f.* 2.

In saxosis, muris communis. Perenn. Floret Majo.

Culmi sub-2-pedales. Vaginae inferiores pilosae. Ligu'a alba triangularis. Panicula sub-spicata: calix glumis paleaceo colore, nitidis, lanceolato-acuminatis, inaequalibus. Flosculi duo vel tres; inferior gluma externa majore tota longe piloso-ciliata; superior sterilis.

98. Uniflora. *Retz. Obs.* 1. *p.* 10. Panicula laxe ramosa secunda; spiculis longe pedunculatis erectis bifloris, flosculo altero imperfecto; petalis imberbibus: foliis planis.

M. uniflora. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Vivian. Ann. Bot.* 2. *p.* 140.* - *Roem. S. Veg.* 2.* M. Lobelii. *Vill. Delph. t.* 3. *f.* 3. Gr. avenaceum rariore grano nemorense danicum. *J. B. H.* 2. *p.* 434. Gr. avenaceum locustis rarioribus. *Scheuchz. Agr.* 173.

In nemorosis communis. *In copia a Villa Borghese, etc.* Perenn. Floret Majo.

Culmi pedales, sesquipedales, erecti, tenues. Folia plana, retrorsum scabra: vaginae scabrae: ligula brevissima appendicibus binis lateralibus membranaceo - filiformibus elongatis (polymorpha *Smith*). Panicula laxa pauciflora ramis racemosis, imis geminis, floribus erectis. Calix spadiceus valvis concavis ovatis subaequalibus: flosculi bini adpressi, altero neutro pedicellato.

99. Pyramidalis. *Roem. et Sch. S. Veg.* 2.* Panicula ramosa, ramis racemosis sub-patentibus, inferioribus geminatis inaequalibus sub-simplicibus: spiculis nutantibus trifloris; calycinis valvis acutis; petalis imberbibus: ligula truncata lacera.

M. (innominata). *Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 2. *p.* 7.* M. ramosa. *Sebast. Rom. Pl Fasc.* 2. *p.* 38. Gr. avenaceum angustifolium paniculatum pyramidale. *Barr. ic.* 95. *f.* 1. - *Scheuchz. Agr.* 173. (utr. imperf. quoad folia, optime quoad paniculam).

In aridis, collibus, muris veteribus communis. *Sul Colosseo, sul Monte Mario, a Civitavecchia in copia, etc.* Perenn. Floret Majo.

Culmus 2-3-pedalis, saepius simplex. Folia linearia, acuminata lineam, sesquilineam lata, striata, margine et pagina inferiore deorsum scabra praecipue dum sicca, vaginantia, arefactione tantum convoluta: ligula alba, membranacea, linearis longitudinis, raro ultra, truncata,

laciniato-lacera, laciniis extremis intermedias superantibus, nec oblonga apice erosa. Panicula semipedalis apice racemosa, ramis remotis sub-patulis, inferioribus geminatis altero longiore magisque patente, simplicibus, vel in ramulum unum alterumve pauciflorum subdivisis, superioribus gradatim minoribus, subsolitariis, magis simplicibus. Flores secundi nutantes duas lineas et amplius longi, pedicellis brevibus apice pubescentibus. Calix valvis purpurascentibus, lanceolato-acutis, inaequalibus, glabris, margine scariosis, triflorus flosculo superiore imperfecto.

Barrelieri et Schenchzeri synonima huc procul dubio spectantia minus recte in Syst. Veg. cl: Roem. et Sch. videntur relata ad *M. minutam* L., quae diversa profecto res nobis patet ab exemplaribus Januensibus a cl: Bertolonio acceptis, et ab hac praecipue distincta: planta minore, tenuiore; foliis convoluto-setaceis, et vagina magis aspera; ligula oblonga, fere lanceolata, apice erosa; panicula racemiformi sub-simplici, ramis, si qui inferne extant, simplicissimis strictis, paucifloris; floribus minoribus, calycibus minus acutis, pallidioribus. (Nonne illi reducenda potius sit Barrelieri tab. 96. fig. 2?). Linnaei autem genuina *M. nutans*, cujus exemplaria nondum prae oculis habuimus, ex auctorum quos datum est consulere descriptionibus discrepare videtur: statura minore, foliisque angustioribus; ligula nulla (vel brevissima, aetate fusca); panicula racemiformi, vix ramosa (!), calycibus valde obtusis (Smithio quadrifloris). Plura forte extant *M.* huic *pyramidali* associanda recentiorum synonima, quae non nisi autoptis adhuc extricanda; siquidem descriptiones apud auctores de nimis affinium specierum existentia non suspicantes characterum illorum silentio ut plurimum laborant, e quibus solida dumtaxat talium specierum discrimina erui queunt.

Conf. praesertim *M. pyramidalis*. Desf. Atl. 1. p. 72. *M. pyr.* Schousboe Maroc. 1. p. 25. *M. pyr.* Lam. Fl. Fr. 3. p. 585., quae *M. ramosa*. DC. Fl. Fr. n. 1540. *M. pyr.* Poir. It. 2. p. 95. *M. pyr.* Hornemann H. Hafn. 1. p. 87. *M. ramosa.* Villars. Delph. 2. p. 91.

(42) ARUNDO.

A. Calycibus 1-floris. (*Calamagrostis* auct.)

100. Arenaria. *L.* Panicula spiciformi: floribus erectis; calycinis valvis acutis flosculo longioribus; corolla mutica, basi villosa, pilis flosculo triplo brevioribus: foliis involutis.

A. arenaria. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Savi B. Etr.* 1. p. 88. Calamagrostis arenaria *Roth Germ.* - *DC. Syn.* Psamma arenaria. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. spica-

tum secalinum maritimum maximum, etc. *Scheuchz. Agr.* 138 *t.* 3 *f.* 8. *a, b, c.*

In maritimis arenosis. *A Fiumicino, presso Ostia, etc.* Perenn. Floret Junio, Julio.

Culmi 1-4-5-pedales. Folia involuta, rigida, pungentia; extus glabra. Panicula contracta, spicata, 2-5-pollicaris. Calycis valvae oblongo-lanceolatae, compressae, subaequales, nervo dorsali scabro. Corolla minor basi pilis sericeis brevibus cincta.

101. Epigejos. *L.* Panicula stricta, contracta, lanceolata: calycibus acuminatis corolla longioribus: pilis basilaribus, calycem subaequantibus; arista dorsali recta pilis breviore.

A. epigejos. *All. Ped. – Smith Br. – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – Savi B. Etr.* 2. *p.* 65. – *Roem. et Sch. S. Veg.* 2. Calamagrostis epigejos. *Roth Germ.* C. lanceolata. *DC. Fl. Fr. et Syn.* Gr. arundinaceum panicula molli spadicea majus, et minus. *Scheuchz. Agr. p.* 122. *t.* 3. *f.* 3. *b, c, d. et p.* 123.

In nemorosis collibus prope urbem satis frequens. *Alla Spalletta della Caffarella, etc* Perenn. Floret Junio.

Culmus 2-6-pedalis, interdum basi ramosus. Folia fere lanceolata. Panicula angusta, stricta, sub-violacea. Calix valvis subaequalibus acuminatis. Corolla calyce valde brevior, aristata; arista tenuis, infra medium glumae inserta, recta, lanam corollae vix aequans.

102. Plinii. *Vitm Summ. Pl.* 1. *p.* 128. Panicula stricta: calycibus unifloris: corollae gluma exteriore calyce longiore in aristam brevem producta; pilis superne a basi nudiuscula insertis, calyce brevioribus; interiore glabra.

Calamagrostis Plinii. *Gmel S. Veg.* A. semi-farcta Rheni Bononiensis Plinii. *Zannon. H. p.* 29. *t.* 19. *f.* 2., et *Monti in Zann. dict fig.* A. Tyberina D. Sherardi. *Raii H.* 3i *p.* 516. – *Scheuchz Agr.* 125. *t.* 3. *f.* 3. *a, c, d.*

A. mauritanica. *Desf. Atl. – W. Sp. – Pers. E.* Donax mauritanicus. *Roem S. Veg.* 2.

Ad sepes, fossas circa urbem frequens. *In copia intorno al Monte Mario nelle Valli, etc.* (Hab. quoque in Vesuvio, fide speciminum; nec non ad Rhenum Bononiensem.) Perenn. Floret Septembri.

Culmus 3-8-pedalis, intime fistulosus. Folia linearia, acuta, nervosa, margine et apice retrorsum scabriuscula, caeterum omnino glabra; vagina similiter glabra, tenerior pilis oppositifoliis. Panicula pedalis et ultra, stricta, ramis erectis, semi-verticillatis, ramosis multifloris, pallide viridis, vel caeruleo et sub-violaceo colore variegata. Calix uniflorus valvis acutissimis parum inaequalibus; corolla anulo pilorum patentium calycem non excedentium lineam fere unam superne a basi cincta, ba-

si ipsa brevissime hirsuta; gluma exterior, cui solum pili innixi, lanceolato-acuta, nervosa, calyce parum longior, in acumen aristaeforme 1-sesqui-lineare producta; interiorem minorem, acutam, membranaceam, omnino glabram includens.

Hujus calamum sagittis praestantissimum commendasse videtur Plinius *l.* 16. *cap.* 36. propriam Rheni Bononiensis plantam faciens, quae nostris temporibus circa Romam adeo diffusa! Vide *Monti l. c.*

A. mauritanica. Desf. fide auctorum nobis citata, Floram enim Atlanticam consulere nondum fuit concessum: dolendum porro nullibi apud nos prostare pretiosum opus! Calycem 1-2-3florum *A Mauritanicæ* Desf. tribuunt auctores, qui in nostra uniflorus constanter se ostendit, ut ex auctorum, quos supra citavimus, et propria patet observatione. An re probata *A. Plinii* Vitmanni et *A. Mauritanica* Desfontainesii una eademque omnino res sint?

Superest adnotemus speciem hanc peculiari pilorum insertione a congeneribus discrepantem, facillime in novum genus tali charactere distinctum posse revocari. Plantae autem habitus, et manifesta coeterarum partium congruentia Arundini vindicant: nec ullo pacto hujusmodi genera naturalia dilaniandi videtur indulgendum furori.

B. Calycibus multifloris.

103. Donax. *L.* Calycibus sub-5-floris: panicula densa; culmo suffruticoso.

A. donax. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois G.* - *DC. Syn.* Donax arundinaceus. *Roem. S. Veg.* 2. A. sativa quae donax Dioscoridis. *Scheuchz. Agr.* 159. - *Monti ic.* 1.

Vulgaris utilissima planta, undique culta. Vulg. *Canna*, *Cannone*. Perenn. Floret Septembri.

Culmus sub-15-pedalis fistulosus, foliis alternis. Panicula sesqui-pedalis, diffusa ramis compositis scabris. Calycis valvae inaequales, acuminatae, glabrae. Flosculi 3-5 basi villis sericeis longissimis muniti. -Variat folis versicoloribus.

104. Phragmites. *L.* Calycibus sub-quinque-floris: panicula laxa, nutante; culmo herbaceo rigido.

A. phragmites. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 90. - *Roem S. Veg.* 2. A. vulgaris palustris. *J. B. H.* 2. *p.* 485. - *Mo is. H.* 3. *s.* 8. *t.* 8. *f.* 1. A. vulgaris s. phragmites Dioscordis. *Scheuchz. Agr.* 161. *t.* 3. *f.* 14.

In fossis, paludibus, nemorosis ubique. Vulgo: *Cannuccia*, *Spazzola*. Perenn. Floret Julio, Augusto.

Culmus 8-10-pedalis, fistulosus. Folia plana, laevia, margine scabra. Panicula patens ramulis capillaribus, sca-

brinsculis, subviolacea. Calix valvis inaequalibus acuminatis. Flosculi 3-6 basi villis longis sericeis cincti.

105. Ampelodesmos *Cyrill. Neap. Fasc.* 2. *p.* 30. *t.* 12. Spiculis compressis sub-quadrifloris, glumis mucronatis; panicula subnutante: foliis radicalibus planis, caulinis subconvolutis.

A. ampelodesmos. *Savi B. Etr.* 1. p. 89. A. festucoides. *Desf. Atl.* 1. *p.* 168. *t.* 34. - *Pers. E.* A. tenax. *Vahl Symb.* 2. - *W. Sp.* A. mauritanica. *Poiret Voy.* 2. Donax tenax *Roem. S. Veg.* 2. Gramen avenaceum altissimum .... caule pleno rigido. *Till. Pis.* 74.

In montibus calcareis. *In copia grande presso Tivoli, Santo Polo ... Al Capo Circello, etc.* vulgo: *strama*. Perenn. Floret Junio, Julio.

Culmus 3-5-pedalis, firmus. Folia rigida; radicalia plana, caulina convoluta, extus glabra atro-viridia, intus scabra pallidiora. Panicula sesqui-pedalis sub-secunda, ramis alterne semi-verticillatis ramosis, angulatis. Calix valvis inaequalibus, acuminatis, margine scariosis, dorso scabris. Flosculi saepius 4, basi pilosi gluma externa in acumen aristae-forme producta.

(43) AVENA.

A. Panicula composita. Arista dorsali plicata tortili. (*Avena genuina.*)

106. Sterilis. *L.* Paniculata: calycibus sub-quadrifloris; flosculis calyce minoribus, exterioribus aristatis et inferne hirsutis, interioribus muticis glabris; radice fibrosa annua.

A sterilis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Bertol. R. It. Pl. Dec.* 1.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 64. - *Roem. S. Veg.* 2. A. fatua *β. DC. Fl. Fr.* Festuca dumetorum utriculis lanugine flavescentibus. *Barr. ic.* 75. *n.* 2. Gr. avenaceum utriculis lanugine flavescentibus. *Scheuchz. Agr.* 239. *t.* 5. *f.* 1.

In pratis, ad vias communis. Ann. Floret Majo.

Culmi 4-5-pedales. Panicula laxa, sparsa pedunculis inaequalibus, subsimplicibus, apice incurvatis. Spiculae pollicem etiam longae, valvis calycinis subaequalibus acuminatis, nervosis. Flosculi 4 vel 5; exteriores 2 vel 3 basi pilosi, arista dorsali contorta geniculata; interiores bini minores, mutici, glabri, pedicellati, imperfecti.

107. Fatua. *L.* Paniculata: calycibus subtrifloris: flosculis calyce minoribus, omnibus aristatis et inferne hirsutis: radice fibrosa annua.

A. fatua. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Bertol. R. It. Pl. Dec.* 1. - *Savi Bot. Etr.* 2. *p.* 63. - *DC. Syn.* - *Roem. Syst. Veg.* 2. A. erratica pilosa aristis intortis. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 5. Gr. avenaceum lanuginosum utriculis lanugine flavescentibus. *Scheuchz. Agr.* 241.

In pratis, ad vias ubique. Ann. Floret Majo.

Culmi 2-3-pedales. Panicula laxa, sparsa, pedunculis semi-verticillatis saepe ramosis, apice incurvatis. Spiculae semi-pollicares vel breviores: valvae calycinae subaequales acuminatae. Flosculi 2-3 omnes basi pilosi, dorso aristati, arista contorta, geniculata.

B. Spica.-Arista dorsali plicata tortili.
(*Gaudinia*. Pal. de Beauv.).

108. Fragilis. *L.* Spica tereti, articulata, fragili: calycibus 4-5-floris, flosculis distantibus.

A. fragilis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Enc.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 87. Gaudinia fragilis. *Roem. S. Veg.* 2. Gramen loliaceum spurium hirsutum aristis geniculatis. *Barr.* ic. 905. *f.* 1, 23. Gr. loliaceum lanuginosum spica fragili articulata glumis pilosis (et glumis glabris) articulatis. *Scheuchz. Agr.* 32, 33.

In viis, cultis vulgaris. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmi sub-pedales, tenues. Spica articulis fragilibus. Spiculae sub-5-florae, flosculis distantibus, supremo saepe sterili. Calix valvis valde inaequalibus, viridibus, margine scariosis, glaber vel pilosus. Gluma exterior corollae dorso aristata, arista tenui geniculata, viridi-flavescens; interior membranacea, candida.

C. Gluma exteriore apice fissa, biseta,
dorso uniseta. (*Trisetum* Pers)

109. Neglecta. *Savi Pis.* 1. *p.* 132. *t.* 1. *f.* 4. Panicula densa, spiculis nitidis 4-6-floris; glumis apice bifidis, arista dorsali sub-geniculata: foliis planis, pilosis, mollibus.

A. neglecta. *Savi Bot. Etr.* 1. *p.* 84. - *W Mag.* 2. A. panicea. *Lam ill. n.* 1117. - *Desf. Atl.* 1. *p.* 102. - *Lois. Notic.* 23. A. loeflingiana. *Lam. Dict.* 1. *p.* 332. - *DC. Syn.* Trisetum hispanicum β pisanum. *Pers. E.* T. neglectum. *Roem. S. Veg.* 2. Avena foliis hirsutis panicula stricta, locustis trifloris, etc. *Hall. Suppl. ad Scheuchz Agr. p.* 54. *n.* 53.

In pratis, viis passim. Ann. Floret Junio.

Facies aliquomodo *Koeleriae phleoidis* quacum monente Hallero Scheuchzerus confundebat. Culmi tenues, semipedales, sesqui-pedales, basi ramosi. Panicula 1-3-pollicaris densa elongata ante florescentiam spicam aemulans, dein laxiuscula, pyramidalis. Spiculae compressae 3-4-florae, glabrae, nitidae, viridi et argenteo variegatae. Corollae glumae bifidae: externa supra dorsi dimidium aristata, arista tenui sub-geniculata, glumae longitudine.

D. Flosculo inferiore masculino, superiore hermaphrodito sub-mutico. (*Arrhenantherum.* Roem. et Sch.)

110. Elatior. *L.* Panicula sub-contracta, nutante: calyci-

bus glabris, bifloris, flosculo hermaphrodito sub-mutico, stipitato, masculo aristato: foliis glabris.

A. elatior. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Enc.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *SaviBot. Etr.* 2. *p.* 82.* Holcus avenaceus. *Scop. Carn.* – *All. Ped.* – *Smith Br.* Arrhenantherum avenaceum. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. avenaceum elatius juba argentea longiore. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 37. Gr. avenaceum elatius juba longa splendente. *Scheuchz. Agr.* 239.

In sylvis montium. *Sul Monte Gennaro*... Perenn. Floret Junio.

Radix nodosa. Culmus 4-pedalis, geniculis glabris. Panicula pedalis contracta nutans. Calycis valvae inaequales, scariosae, acuminatae, major trinervia. Flosculi 2, nervosi pubescentes, basi pilosi; alter hermaphroditus substipitatus, saepius muticus, interdum apice glumae mucronatus, vel infra apicem brevissime aristatus; alter masculus sessilis, arista dorsali geniculata; rarius uterque muticus.

(44) FESTUCA.

A. Arista exacte terminali: glumae interioris margine nudo.

111. Duriuscula. *L.* Panicula secunda ramis erecto-patulis; flosculis aristatis: culmo tereti; foliis radicalibus setaceis, caulinis planis supra glabris: radice fibrosa.

F. duriuscula. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* F. duriuscula. A. *Roem. S. Veg.* 2. F. duriuscula α et β *Bertol. Op. Sc. Bol. Fasc.* 1. *p.* 62.* Gr. pratense panicula duriore laxa unam partem spectante. *Scheuchcz. Agr.* 285. – *Raii Syn.* 413. *t.* 19. *f.* 1.

In montium sylvis. *Sul Monte Gennaro*, *Monte Albano*... Perenn. Floret Junio-Julio.

Radix fibrosa fusca. Culmus sub-sesquipedalis strictus, glaber, teres. Folia angustissima, radicalia involuto-setacea longiora. Panicula secunda ramis sub-patentibus demum erectiusculis, breviuscula. Calix valvis inaequalibus, acutis, glabris. Corollae gluma exterior lanceolata, glabra vel carina et margine sub-aspera, arista terminali corolla breviore, longitudine varia. Gluma interior subaequalis, angustior, apice bifido.

112. Ovina. *L.* Panicula oblonga, secunda, ramis strictis; flosculis aristatis muticisve: culmo subtetragono; foliis omnibus setaceis scabris: radice fibrosa.

F. ovina. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* F. ovina α. *Roem. S. Veg.* 2. F. duriuscula λ. *Bertol. Op. Scient. Bol. F.* 1. *p.* 63.* Gr. foliis junceis brevibus majus, radice nigra. *Scheuchz. Agr.* 279. *t.* 6. *f.* 8.

In montium sylvis opacis frequens. *Sul Monte Gennaro*, *sul Cimino*... Perenn. Fl. Junio-Augusto.

Radix fibris nigris, capillaribus. Culmus sub-pedalis apice leviter tetragonus. Folia omnia tenuissima angulato-setacea, scabra. Panicula *Festucæ duriusculæ*, magis oblonga, ramis strictioribus. Flores etiam *F. duriusculae* conformes, minores; flosculis, in exemplaribus nostris, aristatis.

Maxima profecto affinitas speciem hanc inter et praecedentem. Nec desunt varietates numerosae ab auctoribus diversimode distinctae, quae nexum constituunt. Quarum plurimas examini subjectas, simulque duas hasce sub unica specie nomine *F. duriusculae* recenseri jubet cl. Bertolonius l. c.

113. Bromoides. *L.* Panicula spiciformi secunda, erecta: spiculis sub-sexfloris glabris: flosculis subulatis apice scabris, longe aristatis.

F. bromoides. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 71. - *Roem. S. Veg.* 2.* F. sciuroides. *Roth Germ* - *W. Sp* (?) Bromus Dertonensis. *All. Ped.* B. ambiguus. *Cyr. Neap. F.* 1. *t.* 2. Gr. paniculatum bromoides minus, etc. *Pluck. Phyt. t.* 33. *f.* 10. Gr. bromoides panicula heteromalla, longioribus aristis donata. *Scheuchz. Agr.* 290. *t.* 6. *f.* 10. et Gr. bromoides pumilum, etc. *Id. p.* 291.

In sterilissimis, collibus. *Al Pigneto-Sacchetti*, *alla Caffarella*, *etc.* Ann. Floret Majo, Junio.

Culmi spithamei vel pedales erecti tenues glabri. Folia brevia setacea glabra. Panicula erecta secunda semi-pollicaris-pollicaris, pedunculis brevibus, simplicibus, solitariis, inferne saepius geminis, bifidis. Spiculae erectae, glabrae valvis calycinis inaequalibus, dorso scabris, 5-8-florae, flosculis subulatis, sub-remotis: Corollae gluma externa apice et carina scabra, arista longa terminali scabra; interna acuta, margine ciliata.

114. Myuros. *L.* Panicula sub-spicata, secunda, elongata, nutante: spiculis sub-sex-floris, scabriusculis; flosculis carina exasperatis, longe aristatis, monandris.

α. Major: glumis margine et carina denticulato-scabris.

F. myuros. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2.* Gr. festuceum myurum elatius, etc *Barr. ic.* 99. *f.* 2. - *Scheuchz. Agr.* 293. *t.* 6. *f.* 11. Gr. avenaceum murorum, etc. *Moris. H.* 3. *f.* 8. *t.* 7. *f.* 43.

β. Minor: glumis margine hirsuto-ciliatis.

F. ciliata. *DC. Fl. Fr. et Syn.* - *Lois. G.* - *Roem S. Veg.* 2.* F. ciliata. *Link ap. Schrad. Journ.* 2. - *Pers. E.* (?) Gr. festuceum myurum minori spica heteromalla. *Barr. ic.* 79. *f.* 1. - *Scheuchz. Agr.* 294. *t.* 6. *f.* 12.

In sterilissimis, muris siccis varietas utraque vulgaris. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmi pedales, sesquipedales, vaginis induti. Folia setacea. Panicula elongata, etiam semipedalis nutans, in β erectiuscula, brevior, simplicior, colore pallido vel rufescente, pedunculis inferioribus ramosis. Spiculae 5-8-florae Calix valvis inaequalibus, altera minima. Corollae gluma externa carina et margine scaberrima, in β margine et basi pilis longis hirsuta.

B. Arista paullo infra apicem inserta: glumae interioris margine saepe scabriusculo.

115. Elatior. *L. Sp.* Panicula erectiuscula: ramis decompositis scabris: spiculis 4-6-floris ovato-lanceolatis compressis glabris: glumis sub apice brevissime aristatis.

F. elatior. *Smith Br.* F. arundinacea. *Schreb. - DC. Fl. Fr. et Syn. - Lois. G. - Savi B. Etr. 2. p.* 55.- *Pers. E. - Sebast. R. Pl. F. 2. p.* 44. Bromus arundinaceus. *Koeler.* B. litoreus. *W. Sp. - Pers. E.* Schoenodorus elatior. *Roem. - S. Veg.* 2.* Gr. arundinaceum locustis viridi-spadiceis, loliaceis, brevius aristatis. *Scheuchz. Agr.* 266. *t.* 5. *f.* 18.

In pratis humidis, ad fossas, inque muris roridis communis. Perenn. Fl. Majo, Junio.

Culmus 3-pedalis erectus. Panicula palmaris-sesquipedalis apice parum nutans; ramis scabris, basi nudiusculis, suberectis, inferioribus alternis, superioribus sub-binatis inaequalibus, decompositis; ramulis secundariis tertiariisque sub-binatis, floribus paucis donatis: flores solitarii vel geminati, altero longius pedunculato, apice subviolacei: calycis valvae acutae inaequales: corollae gluma externa lanceolata, margine scariosa, arista tenui brevissima parum infra apicem orta; interior margine scabro, nec evidenter ciliato.

116. Gigantea. *Vill. Delph.* 2. Panicula nutante; spiculis 4-6-floris lanceolatis glabris aristatis, aristis gluma longioribus sub apice ortis: foliis ensiformibus, nervosis.

F. gigantea. *Smith Br.** Bromus giganteus. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Roem. S. V.* 2.* Gr. bromoides aquaticum latifolium, etc. *Scheuchz. Agr.* 264. *t.* 5. *f.* 17.

Ad sepes locis humidiusculis. *Nella Valle dell'Inferno* ... Perenn. Floret Junio.

Culmus 3-4-pedalis, erectus. Folia ensiformia, lata, acuminata, nervosa, ligula auriculata fusca. Panicula elongata, nutans, ramis angulato-scabris, saepius geminatis, ramosis multifloris: flores ovato-lanceolati glabri, pallide virides, raro sub-violacei, flosculis 4-6. Calix valvis acutis, inaequalibus, carinatis: corollae gluma externa lanceolata, aristata; arista evidenter infra apicem biden-

tatum inserta, gluma duplo saltem longior, capillaris, scabra; gluma interna vix brevior, margine scabro, nec ciliato.

117. SEROTINA. *L. Sp.* Panicula patente, ramis divaricatis, calycibus acutis brevibus; corollae glumis lanceolatis, sub-aristatis, variegatis: culmo vaginis obtecto; foliis brevissimis.

F. serotina. *DC. Fl. Fr.* - *Lois. G.* - *Savi B Etr.* 1. p. 70 Agrostis serotina. *L Mant.* - *All. Ped.* - *W Sp.* *Pers E.* Schoenodorus serotinus. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. loliaceum serotinum, etc. *Segu. Ver* 3. p 146. t. 3 f. 2.

In aridis montium. *A Tivoli presso S. Antonio* ... Perenn. Floret Septembri.

Culmi sesqui-pedales, vel ultra. Panicula pauciflora, ramis demum patentibus. Spiculae ramis adpressae 2-5-florae, flosculis distantibus basi pilis cinctis. Corollae glumae acutae; externa subaristata maculis atris transversis picta.

118. SEGETUM. *Savi Pis.* 1. p. 116. t. 1 f. 3. Panicula aequali, patente, ramis capillaribus; spiculis glabris, nitidis, 3-4-floris, corollae gluma exteriore infra apicem longe aristata: foliis planis pilosis.

F. segetum. *Savi Bot. Etr.* 1. p. 69.* Avena parviflora. *Desf. Atl.* 1. p. 103. t. 32. Trisetum parviflorum. *Pers. E.* - *Roem. S. Veg.* 2 Gr. paniculatum arvense latifolium hirsutum annuum locustis viridibus et aristatis. *Mich. Cat. H. Pis.* 75.

In segete et ad sepes. *Presso Acqua-Acetosa* .... Ann. Floret Junio.

Culmi 1-2-pedales. Folia plana pilosa. Panicula aequalis, patens, pyramidalis, ramis semi-verticillatis, capillaribus, ramosis. Spiculae plurimae, parvulae, nitidae, viridi-argenteae, 3-4-florae. Calycis valvae valde inaequales, acuminatae. Corollae gluma externa carina scabra, arista tenui, longa, flexili parum infra apicem inserta; interna angustior margine non ciliato, apice bifida.

Species forte alio generi amandanda ob spiculas paucifloras, breves, calycis valvam alteram parum excedentes in *Festucis* non obvias. Ab *Avenis* vel *Trisetis* auctorum distat, ut videtur, arista non exacte dorsali, nec contorta, aut geniculata, et glumae apice haud biseto. Cum *Koeleriis* quidem rectius militaret quoad floris formam; sed obstat panicula effusa.

(45) POA.

A. Gluma exteriore mutica, caduca.

119. PRATENSIS. *Smith Br.* Panicula diffusa; spiculis 4-floris glumis lanceolatis 5-nerviis villo connexis; ligula abbre-

viata, obtusa. *Smith Br.* - Savi Bot. Etr.* 1. *p.* 58. - *Roem. S. Veg.* 2.

α. Smith, Savi, Roem. l. c. Vaginis omnibus glabris.

P. pratensis. *L. - All. Ped. - W Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Gr. pratense paniculatum majus latiore folio. *Scheuchz. Agr.* 177.

β. Smith, Savi, Roem. l. c. Vaginis inferioribus scabris: foliis radicalibus longioribus, angustissimis.

P. angustifolia. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Gr. pratense paniculatum majus angustiore folio. *Scheuchz. Agr.* 178.

In pratis, pascuis, *β* praesertim sylvaticis, communis. Perenn. Floret Majo.

Culmus laevis, sesqui-, 2-pedalis. Folia angusta, in *β* inferiora magis, sub-convoluta et longiora. Vaginae foliorum longitudine omnes laeves, at in varietate inferiores scabriusculae. Ligula obtusa brevis. Panicula pyramidalis diffusa, ramulis minus scabris, in *β* minor, pedunculis minus divaricatis. Spiculae 4-florae, in *α* et 5-florae, virides, subinde purpurascentes.

120. Trivialis. *L.* Panicula diffusa, spiculis 3-floris; glumis lanceolatis, 5-nerviis, basi villo connexis: ligula elongata. *Smith Br.* - Savi B. Etr.* 1. *p.* 57.

P. trivialis. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G - Roem. S. Veg.* 2.* P. scabra. *Erhart. - DC. Fl. Fr. et Syn.* Gr. pratense paniculatum medium. *Scheuchz. Agr.* 180. (?)

Ad vias ubique vulgaris. Perenn. Floret Majo.

Culmus sesqui-pedalis, teres: parum scaber (varietas culmo laevi, ut distincta species adducitur a cl: Decand. l. c. nomine *Poae Koeleri*). Folia subtus scabriuscula, uti et vaginae. Ligula elongata, lanceolata, acuta, qua nota statim a *P. pratensi* dignoscenda. Panicula elongata diffusa, ramis alternatim decompositis, horizontaliter patentibus. Spiculae saepius 3-4-florae, purpureo-virentes.

121. Annua. *L.* Panicula divaricata subsecunda; spiculis oblongo-ovatis 5-7-floris; flosculis remotiusculis, 5-nerviis, liberis: culmo subcompresso: radice fibrosa.

P. annua. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2.* Gr. pratense paniculatum minus album. *Scheuchz. Agr.* 189.

Ad vias, ambulacra nil vulgatius. Ann. Floret ab hyeme ad aestatem.

Culmus semi-pedalis leviter compressus. Folia margine subundulata, flaccida. Panicula ramis binatis, divaricatis, sub-secundis, parum ramosis. Spiculae ovato-oblongae, nitidae, viridi alboque variegatae. Flosculi 4-5 remotiusculi, liberi, nec pilis connexi.

122. Nemoralis. *L.* Panicula elongata: (spiculis 2-5-floris)

corollis sub-nervosis : ligulis sub-nullis : foliis basi plicatis, vagina latioribus longioribusque. *Gaud. Agr. Helv.* 1. – *Roem. S. Veg.* 2.

P. nemoralis. *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois G.* – *Savi B. Etr.* 1. p. 60.

α. *P. nemoralis vulgaris*. Panicula pauciflora nutante; calyce spiculas ovatas sub-trifloras aequante; corollis liberis: culmo debili. *Roem. et Sch. l. c.*

P. nemoralis α. *Smith l. c.* P. nemoralis. *DC. Syn. et auctorum*. Gr. paniculatum angustifolium alpinum, etc. *Scheuchz. Agr.* 164. *t.* 2.

In montium sylvis opacis. *Presso la cima del monte Cavi...* Perenn. Floret Junio, Julio.

Culmi tenues erecti 1-2-pedales. Folia tenuia acutissima, patentia, subscabra. Ligula brevissima crenata. Panicula pallida, diffusa, tenuis, ramis brevibus, gracilibus, flexuosis, sub-ramosis, semi-verticillatis. Spiculae saepe 2-florae, nitidae. Calix valvis acuminatis, trinerviis, carina scabris. Corollae glumae externae obscure quinquenerviae, basi pilosae, sed liberae.

123. Bulbosa. *L.* Panicula ovata, patentiuscula, sub-secunda: spiculis 4-5-floris, flosculis basi villo connexis: culmo basi bulboso: radice fibrosa.

P. bulbosa. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Bertol. Pl. Gen.* 13.* – *Bivon. Sic. Cent.* 1. – *Savi B. Etr.* 2. p. 51. – *Roem. S. Veg.* 2. Gr. Xerampelinum, miliacea, etc. *Scheuchz. Agr.* 185. Gr. verum radice ascalonica. *Vaill Par. t.* 17. *f.* 8.

β. Spiculis in foliola abeuntibus.

P. crispa. *Thuil.* P. bulbosa β vivipara. *auct. cit.* Gr. arvense angustifolium panicula densa foliacea, etc. *Scheuchz. Agr.* 211. *t.* 4. *f.* 13. *a*, *b*, *c*. Gr. arvense panicula crispa ... majus et minus. *Barr. ic.* 703. *f.* 1, 2.

In pascuis, muris varietas β vulgaris. Perenn. Floret Aprili, Majo.

Bulbilli aliquot conferti e quibus culmi et foliorum fasciculi ortum habent. Culmi palmares: folia augusta brevia, margine scabra. Panicula sub-secunda, ramulis geminatis ternatisve, patentiusculis. Spiculae compressae, glaucae, ex albo purpureoque variegatae, 4-5-florae; superioribus flosculis saepius in foliola linearia, curvula, etiam semipollicaria transeuntibus.

124. Compressa. *L.* Panicula secunda coarctata; flosculis (5-7) angulosis, basi villo complicato connexis: culmo adscendente compresso. *Smith Br.** – *Savi B. Etr.* 1. p. 64.

P. compressa. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Roem. S. Veg.* 2.* Gr. paniculatum radice repente,

culmo compresso, etc. *Scheuchz. Agr.* 198. - *Vaill. Par. t.* 18. *f.* 15.

In siccis, collibus, muris *Sulla sponda del Tevere a Ripetta, sul Tuscolo, etc.* Perenn. Floret Julio.

Culmi sesqui-pedales valde compressi, glabri, basi procumbentes, et saepe radicantes. Folia brevia glabra; vaginae ancipites. Panicula secunda coarctata, ramis saepius binatis inaequalibus compositis primum culmo adpressis, sub florescentia patulis, mox denuo adpressis. Spiculae sub-sessiles ovato-lanceolatae 5 7-florae. Gluma corollina exterior angulata, carinata, margine et apice scariosa, infra apicem macula violacea, basi villosa.

B. Gluma exteriore mutica persistente.
(*Eragrostis*. P. de Beauv.).

125. Pilosa. *L.* Panicula aequali, demum diffusa; ramis inferioribus semi-verticillatis, ad basim et ramificationes pilosis; spiculis linearibus 7-9-floris: pilis vaginalibus oppositifoliis.

P. pilosa. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Viviani Ann. Bot.* 2. *p.* 141. - *Savi B Etr.* 2. *p.* 48.* P. eragrostis. *Vill. Dauph.* 2. - *Balbis Misc.* 10. Eragrostis pilosa. *Roem. S. Veg.* 2 Gr. paniculis elegantissimis majus, locustis purpureo-spadiceis minoribus. *Scheuchz. Agr.* 193. *t.* 4. *f.* 3. Gr. phalaroides sparsa panicula minimum angustifolium. *Barr. ic.* 44. *n.* 1.

In muris, ad sepes frequens Romae .... Ann. Floret Julio.

Culmi graciles 1-2-pedales, geniculati. Pili aliquot longi oppositifolii, e vaginarum orificio; caeterum vaginae nudae. Panicula semipedalis vel ultra, demum patula, ramis tenuissimis, ramosis, infimis semiverticillato-subquaternis, pilis paucis ad insertionem et ramificationes primarias munitis; superioribus geminatis vel alternis, basi nuda. Spiculae tenues, parvulae sub-8-florae, compressae, violaceae, floribus distinctis, liberis. Calix deciduus valvis inaequalibus, minusculis. Corolla glumis enervibus, externa violacea, margine scariosa, apice acuta, vel sub lente levissime retusa et mucronulo minuto donata.

Synonimon Scheuchzeri a specie hac nullo pacto amovendum.

C. Gluma exteriore emarginata, inter lacinias mucronata. (*Megastachya*. P. de Beauv.)

126. Megastachya. *Schrad. Germ.* 1. Panicula contracta, lanceolata; ramis alternis, patulis, ramosis, glandula alari villosa; spiculis lanceolatis sub 20-floris; corollis 3-nerviis: pilis vaginalibus oppositi foliis.

P. megastachya. *Koel. gr. - Pers. E. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 49.* Briza eragrostis. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Lois.*

G. Megastachya eragrostis. *P. de Beauv.* - *Roem. S. Veg.* 2. Gr. paniculis elegantissimis, sive eragrostis majus. *Scheuchz. Agr.* 194. *t.* 4. *f.* 4. Gr. eranthemum, etc. *Barr. ic.* 43, 743, 744

Communis in incultis, ambulacris hortorum, viis urbis. Ann. Floret Junio, Julio.

Culmi palmares-sesquipedales adscendentes, basi sub-ramosi. Pili longi densi oppositifolii e vaginarum orificio. Folia acuta, rigidula. Panicula 2-3-pollicaris lanceolata ramis erecto-patulis solitariis, ramosis, flexuosis, rigidis, superne scabriusculis; glandula ramorum alis imposita villis paucis, saepe unico instructa, subinde et obsoleta. Spiculae elegantissimae, sub-lanceolatae, compressae, a semi linea ad lineas duas longae, pallidae, nitidae, flosculis 15-25. Gluma exterior corollae valide trinervis.

127. Rigida. *L.* Panicula coarctata disticho-secunda, rigida, glabra; rachi marginata; spiculis sub-7-floris; flosculis teretibus, liberis, obsolete nervosis.

P. rigida. *All. Ped.* - *Smith Br.*-* *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 62.* Megastachya rigida. *P. de Beauv.* - *Roem. S. Veg.* 2.

α. *Muralis*. Culmi fere per totam longitudinem vaginis tecti. *Savi l. c.*

Gr. panicula multiplici minus. *Scheuchz. Agr.* 272. *t.* 6. *f.* 3. Gr. arvense filicina duriori panicula, gracilius. *Barr. ic.* 49.

β. *Maritima*. Culmi maxima longitudinis parte nudi. *Savi l. c.*

Gr. panicula multiplici majus. *Scheuchz. Agr.* 271. *t.* 6. *f.* 2. Gr. filicinum rigidiusculum. *Vaill. Par. t.* 18. *f.* 4. Gr. loliaceum murorum duriusculum, etc. *Moris. H.* 3. *f.* 8. *t.* 2. *f.* 9.

In muris, tectis, viis communis: β in maritimis, *ad Ostia* .... Ann. Floret Junio, Julio.

Culmi basi ramosi adscendentes, nitidi. Ligula membranacea, lacera. Panicula lanceolata, secunda, rigida, rachi alata: rami alterni, ramosi, in β minus, basi haud pilosi, spiculae breviter pedicellatae 4-10-florae. Calix valvis acuminatis, carinatis. Corolla glumis obtusiusculis, fere enervibus. Color plantae saturate viridis, in β saepe sub-violaceus.

D. Valvis calycinis truncatis, corollina exteriore erosa: spiculis teretibus.

(*Glyceria*. Brown.)

128. Fluitans. *Scop. Carn.* 106. Panicula ramosa divaricata, spiculis adpressis, elongatis, sub-teretibus, sub-10-floris; flosculis obtusissimis, liberis, 7-nerviis.

P. fluitans. *Smith Br.** – *DC. Syn.* Festuca fluitans. *L.* – *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* Glyceria fluitans. *Brown Prod.* 1. – *Roem. S. Veg.* 2. Gr. aquaticum fluitans multiplici spica. *Scheuchz Agr.* 199. Gr. loliaceum fluviatile longissima panicula. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 3. *f.* 16.

In fossis, rivulis communis. Perenn. Floret Majo-Julio.

Culmi oblique in aqua adscendentes, inferne radicantes, 2-3-pedales. Panicula valde ramosa, ramis demum divaricatis; spiculis viridibus ramo adpressis, tereti-compressis, et fere cylindraceis, tres etiam lineas longis. Valvae calycinae inaequales apice truncatae, erosae. Gluma corollina exterior apice erosa, margine scarioso-alba, nervis 7 inferne duplicibus distincta; interior emarginata.

(46) BRIZA.

129. Maxima. *L.* Panicula nutante depauperata; pedunculis sub-simplicibus: spiculis cordato-ovatis 10-20-floris.

B. maxima. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Savi B. Etr.* 1. *p.* 66.* – *Roem. S. Veg.* 2. Gr. phalaroides majus ferrugineum, nutante panicula. *Barr.* ic. 15. *n.* 1. Gr. tremulum maximum. *Scheuchz. Agr.* 202. *t.* 4. *f.* 7. – *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 78.

Ad oras nemorum, et in arvis communis. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmus pedalis-sesquipedalis, tenuis. Ligula obtusa mediocris lineam longa. Panicula floribus 2-6 raro amplius; pedunculis simplicibus solitariis, interdum inferius geminis, aut bipartitis. Spiculae majusculae ovato-cordatae, compresso-torosae, nutantes, nitidae, flosculis circiter 15. Valvae calycis cochleariformes, obtusae, margine scarioso albo, dorso viridi, vel spadiceo: glumae conformes, internae minores, integrae.

130. Media. *L.* Panicula erecta, laxa, multiflora. spiculis ovato obtusis sub-7-floris: calyce flosculis breviore: ligula obtusa brevi, libera.

B. media. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Savi B. Etr.* 1. *p.* 67.* – *Roem. S. Veg.* 2. Gr. tremulum vulgare minus. *Moris. H* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 45. Gr. tremulum majus. *Scheuchz. Agr.* 204. *t.* 4. *f.* 8. Gr. phalaroides minus erecta collectaque panicula. *Barr.* ic. 15. *n.* 2.

In siccioribus montosis. *Sul Monte Gennaro* .... Perenn. Floret Junio.

Culmus 1-2-pedalis. Folia margine scabra, vaginis longis, laxiusculis; ligula brevis obtusa, libera, nec longitudinaliter folio adnata. Panicula ramis alterne geminatis, tenuibus, ramosis. Spiculae nutantes, tremulae, ovatae superne rotundatae, basi leviter cordatae. Calycis valvae

cochleariformes, obtusae, margine scarioso albo, dorso sub-violaceo flosculis parum breviores: corollae glumae conformes, interior emarginata.

131. Minor. *L.* Panicula erecta, diffusa; spiculis triangularibus sub-7-floris, calyce flosculis longiore: ligula longa, lanceolata.

B. minor. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 1.*p.* 67.* - *Roem S. Veg.* 2. Gr. tremulum minus locusta deltoide. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 47. Gr. tremulum phalaroides minus, etc. *Barr. ic.* 16.

Communis inter segetes, et in hortorum ambulacris. Ann. Floret Junio.

Culmus palmaris-pedalis. Ligula longa, acuminata, superne folio adnata. Panicula diffusa aequalis, ramis geminatis, dichotomis, capillaribus. Spiculae nutantes, tremulae, deltoideae, nitidae. Calicis valvae glumis evidenter longiores.

(47) BROMUS.

A. Floribus paniculatis: arista, saepius, infra apicem glumae.

132. Squarrosus. *L.* Panicula nutante simplicissima, sub-secunda; spiculis lanceolatis, tumidis, glaberrimis, aristis demum refracto-divaricatis.

B. squarrosus. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 58. - *Roem. S. Veg.* 2.* Gr. phalaroides acerosum, nutante spica. *Barr. ic.* 24. *f.* 1. - *Monti ic.* 52. Festuca graminea glumis vacuis. *Scheuchz. Agr.* 251. *t.* 5. *f.* 11.

β. Minor: spiculis angustissimis, coloratis.

B. squarrosus γ. *Gaud. Agr. Helv.* (?) Gr. phalaroides sparsa et nutante Brizae panicula, obliquis aristis minus. *Barr. ic.* 82.

Species in montibus sub-apenninis ad vias non rara: β frequens loco ipsissimo quo legebat Barrelerius; *Sulla riva del Tevere fra la Porta del popolo ed il Ponte molle*.... Ann. Floret Junio, Augusto.

Culmus pedalis, et ultra. Folia mollia, vaginis villo densiore. Panicula nutans, pedunculis simplicibus, apice incrassatis; inferioribus semi-verticillato-sub-ternis. Spiculae majusculae, ovato-lanceolatae, tumidae, glabrae, nitidae. Gluma exterior viridis, margine albo-scarioso splendente, apice emarginato: arista scabra rigida, primum erectiuscula; demum extus flexa, divaricata, inferius ab emarginatura glumae inserta, flosculo sub aequalis. In β statura vix pedalis; spiculae duplo saltem minores, valde angustiores, numeriosiores, dorso glumae exterioris fusco virenti, vel sub-spadiceo.

133. Racemosus. *L.* (?). Panicula erectiuscula diffusa; pe-

dunculis simplicibus; spiculis ovatis sex-floris; flosculis imbricatis depressis, nervosis, glabris; (foliis vaginisque pilosis). *Smith Br.* 128.*

B. racemosus. *DC. Syn. - Sebast. R. Pl. Fasc.* 2. *p.* 30. B. racemosus. *W. Sp. - Pers. E. - Lois.* G. (?) B. simplex, *Gaud. Agr. Helv.* 1. B. Gaudini. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. avenaceum pratense gluma squamosa longiore glabra. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t* 7. *f.* 19. Gr. avenaceum hirsutum annuum panicula ampliore, etc. *Till. Pis.* 74.

In pratis, pascuis communis. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmus 1-2-pedalis et ultra, superne, ut plurimum, leviter scaber. Folia subtus saltem pilosa: vaginae, inferiores praesertim, pilis deflexis hirsutae. Panicula rara, diffusa, nec coarctata, simplex, pedunculis scabris, inferioribus semi-verticillato-subternis, indivisis. Spiculae ovato-lanceolatae forma fere ut in *Bromo molli*, dorso leviter compressae, glabrae 6-7-florae. Gluma corollina exterior minus evidenter nervosa, glaberrima, et carina superne scabra, arista fere ex ipso apice orta, recta, scabra, glumae longitudine.

B. racemosus Smithii, Decandollii et plurium auctorum ab hoc diversus non censendus. Forte quod gramen cl: Roem. et Sch. cum superioribus exclusive *B. racemoso*. L. referunt, melius verbis auctoris respondens est hujus varietas gracilior, quam prae oculis habuit Linnaeus speciem sistens, affirmante Smithio in l. c. Hujus specimen a cl: Persoonio dono missum gaudet planta tota graciliore, magis nuda, culmo breviore, laevi; vaginis foliisque minus pilosis, potius pubescentibus; racemis quinque-floris, pedunculis solitariis, infimis tantum binatis, inaequalibus; spiculis lanceolatis glabris, omnino nitidis, tantillum brevioribus.

134. Mollis. *L.* Panicula erecta, contracta; pedunculis ramosis; spiculis oblongo-ovatis sub-turgidis pubescentibus; aristis rectis glumae longitudine: vaginis, foliisque mollissime pubescentibus.

B. mollis. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 75. - *Roem. S. Veg.* 2. Gramen avenaceum pratense, gluma breviore squarrosa et villosa. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 18. Gr. avenaceum locustis villosis angustis, candicantibus et aristatis. *Scheuch. Agr.* 234. *t.* 5. *f.* 12.

In agris, pascuis, viis vulgaris. Ann. Floret Majo.

Culmus 1-2-pedalis erectus. Folia mollier villosa. Panicula erecta, densa, 2-4-pollicaris, pedunculis ramosis, raro simplicibus, semi-verticillatis, pubescentibus. Spiculae ovato-lanceolatae, parum compressae, 5-10-florae, calycibus densius pubescentibus.

135. Erectus. *Huds.* Panicula stricta; pedunculis semiverticillatis sub-simplicibus erectis; spiculis compressis, lineari-lanceolatis; aristis gluma brevioribus: foliis radicalibus angustissimis sub-ciliatis.

B. erectus. *Smith Br.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Savi 2. Cent. p.* 25. - *Roem. S. Veg.* 2.* B. pratensis. *Lam. Enc.* B. agrestis. *All. Ped.* B. perennis. *Villars Delph.* Festuca montana. *Savi Pis.* 1. *p.* 118. Gr. quod festuca pratensis lanuginosa. *Vaill. Par.* 93. *t.* 18. *f.* 2. Gr. bromoides pratense, foliis praeter culmum angustissimis, etc. *Scheuch. Agr.* 225. *t.* 5. *f.* 13. Gr. loliaceum locustis longe aristatis. *Monti Prod.* 35. *f.* 2. Gr. sparteum longa et spicata panicula, lolii utriculis, festucae potius, majus. *Barr. ic.* 13. *f.* 1.

In arvis, collibus siccioribus frequens. Perennis. Floret Junio.

Culmus 2-3-pedalis, erectus. Folia scabra, striata, radicalia angustissima, apud nos ciliato-pilosa, subinde involuta. Vaginae striatae, glabrae: ligula brevissima, erosa. Panicula erecta, ramis semiverticillato-subquinis, erectis, simplicibus, interdum 2-3-floris, inaequalibus. Spiculae lineari-oblongae, erectae, compressae sub-9-florae, saepe purpurascentes. Aristae glumis breviores, parum infra apicem insertae; glumae internae ciliis minus conspicuis. Antherae croceae, quibus statim species dignoscenda.

136. Asper. *L. Suppl.* 111. Panicula nutante, laxa, pedunculis sub-ramosis; spiculis lineari-oblongis, compressis, sub-pubescentibus, pendulis; aristis gluma brevioribus: foliis sub-hirsutis, vaginis inferioribus hirtis.

B. asper. *Smith Br.* – *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 74.* - *Roem. S. Veg.* 2. B. ramosus. *L. Syst. Veg. ed.* 13. - *All. Ped.* B. dumetorum. *Lam. Enc.* Gr. avenaceum dumetorum juba longiore, spica divisa. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 27.

In nemorosis frequens etiam circa urbem. Perenn. Floret Junio, Julio.

Culmus erectus, 2-4-pedalis. Folia plana, longa, latitudine fere conformia, nervosa, pilosa, scabra. Vaginae, inferiores praesertim pilis deflexis insigniter hirsutae. Panicula nutans, ramis elongatis, asperis, plerumque biternatis sub-ramosis, ramulis 1-2-floris, solitariis, geminatisve. Spiculae pendulae, lineari-oblongae, compressae, post anthesim triangulares, 6-9-florae, flosculis demum remotiusculis, carina asperis: arista flosculo duplo circiter brevior sub apice orta.

137. Sterilis. *L.* Panicula patula, apice nutante; pedunculis sub-simplicibus, spiculis compressis lineari-oblongis,

scabris; aristis rectis gluma nervosa longioribus: vaginis foliisque pubescentibus.

B. sterilis. *All. Ped.*-*Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1- *p.* 79* *Roem. S. Veg.* 2. Gr. foliaceum locustis longissimis, modo purpurascentibus, modo viridibus. *Monti* 35. *ic.* 1. Festuca avenacea sterilis elatior. *Moris. H.* 3. *p.* 212. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 11. Gr. avenaceum panicula sparsa, locustis majoribus et aristatis. *Scheuchz. Agr.* 258. *t.* 5. *f.* 14. et Gr. bromoides locustis maximis lanuginosum italicum. *Id. p.* 261.

In agris, sylvaticis, ad vias, sepes vulgatissimus. Ann. Floret Majo.

Culmus 1-4-pedalis. Folia scabra, breviter pilosa: vaginae inferiores pilis deflexis densis brevibus: ligula triangularis, lacera. Panicula semi-,1-pedalis, laxa, pedunculis longis inaequalibus, scabris, saepius simplicibus, unifloris, interdum et bifloris, parum sub spicula inerassatis, 3-6 in quovis semi-verticillo. Spiculae 6-8-florae, nutantes, lanceolatae, demum triangulares, etiam sesqui-pollicares. Glumae externae nervis septem prominulis, scaberrimae, pilis brevissimis rigidis constanter apud nos hirsutae.

Scheuchzeri synonima ambo huc spectant, quorum prius plantam graciliorem, magis nudam, alterum vero robustiorem, et, uti apud nos obvium, partium omnium magnitudine luxuriantem pingit.

138. Madritensis. *L.* Panicula erecto-patente, contracta; pedunculis sub-ramosis, pedicellis apice inerassatis, spiculis linearibus scabris: aristis rectis gluma nervosa longioribus: staminibus 2-3.

B. madritensis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Bivon. Sic. Cent.* 2. *p.* 14. - *Roem. S. Veg.* 2. B. diandrus. *Smith Br.** - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 80. - *Sebast. R. Pl. Fasc.* 2, *p.* 31. B. sterilis erecta panicula majus. *Barr. ic.* 76. *n.* 1. Gr. bromoides pumilum locustis erectis majoribus, aristatis. *Scheuchz. Agr.* 260.

In muris, viis urbis vulgaris. Ann. Floret Majo.

Culmus sub-pedalis, erectus. Folia, uti et vaginae, pilis longis tecta, subinde glabra. Ligula obtusa, lacera. Panicula sesqui-pollicaris et ultra erecta, fastigiata, ramis scabriusculis parum ramosis, erectis, ad basim spicularum parum incrassatis. Spiculae lineari-lanceolatae erectae, saepe fuscescentes, scabrae, flosculis apud nos diandris.

139. Ligusticus. *All. Ped.* Panicula contracta, nutante, secunda, pedunculis dilatatis; gluma calycina altera vix conspicua. *Savi B. Etr.* 1. *p.* 77. - *Sebast. R. Pl. Fasc.* 2. *p.* 31. - *Roem. S. Veg.* 2.

B. ligusticus. *Vivian. Ann. Bot.* 1. *P.* 2. *p.* 145. - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 21. Festuca ligustica. *Bertol. Opusc. Scient. Bologn. Fasc.* 1. *p.* 64. F. stipoides *Lois. Notic. p.* 21. (excl. syn.). Gr. bromoides festucea, tenuique panicula minus. *Scheuchz. Agr. p.* 296. *t.* 6. *f.* 13. - *Barr. ic.* 76. *n.* 2. (minus bene).

In pratis, muris, viis vulgatissimus. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmus semi-,1-pedalis et ultra. Panicula 1-4-pollicaris, contracta, unilateralis, nutans, ramis geminatis, inaequalibus, ramosis, pedicellis sensim dilatatis. Spiculae 3-5-florae. Valva calycina altera minutissima, oculo armato conspicienda, altera elongata, spiculae subaequalis, aristata. Corollae gluma exterior apice aristata; interior ciliata.

140. Barbatus. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 61.* (*Fl. Rom. Prod. Tab. I. f.* 1.) Panicula racemosa contracta: pedunculis alternis, spiculisque compressis: calyce nudo, valva altera minima: corollae gluma exteriore apice aristata, margine barbato-ciliata: culmo basi geniculato; foliis sub-convolutis.

B. barbatus. *Sebast. R. Pl. Fasc.* 2. *p.* 5. ic. 1. Festuca ciliata. *Linck ap. Schrad. Journ.* 5. - *Pers. E.* - *Roem. et Sch. S. Veg.* 2. (excl. pl. syn.). Gr. bromoides spicatum, maritimum annuum glabrum, spica heteromalla, locustis amplioribus, etc. *Mich. Cat. H. Pis. p.* 76.

In litore arenoso maris nostri vulgaris. *Ad Ostia, Fiumicino, etc.* Ann. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris capillaribus, sub-villosis. Culmi 1-sesquipedales, adscendentes, basi caespitosi, ramosi, ad nodos geniculati, foliosi, superne nudi. Folia angusta, sub-convoluta. Vaginae striatae, glabrae, sub-caeruleo-virentes, uti et exterior folii pagina. Ligula minima truncata, crenata. Panicula 2-3-pollicaris, racemiformis, contracta, saepe nutans. Pedunculi 2 lineas longi, simplices, compressi, erectiusculi. Spiculae tres fere lineas latae, compressae, lanceolatae, demum triangulares, scabrae, colore viridi et sub-caeruleo variegatae, 6-8-florae, valvis calycinis acutis, margine nudis, altera squamiformi octies breviore, rachim spectante. Gluma corollina exterior apice aristata, arista ejusdem cum gluma longitudinis, carinata, carina sub-aspera; margine inferne praesertim barbato-ciliata, caeterum glabra; gluma interior margine dense breviter ciliata

Festuca alopecurus Schousboe ex descriptione Poiretii in Enc. Meth. statim differt „ calycis valvis aequalibus, villosis, ciliatis „. Caeterum gramen hoc, quod ob glumam interiorem ciliatam *Bromis* adscribimus cum cl. Savio, nullam prorsus habet affinitatem cum *Festuca cilia-*

ta Decandollii et Hostii, cui tamen referri mallent cl: Roem. et Sch. in Syst. Veg. Tom. 2., et quae a nobis relata sub *Festuca myuros var. β.*

B. Floribus spicatis: arista terminali.

(*Brachipodii* sp. Roem. et Sch.).

141. PINNATUS. *L.* Spica erecta simplici: spiculis alternis sub-sessilibus, compressinsculis: aristis terminalibus gluma brevioribus: culmo sub-simplici, nodis albo-lanatis: radice repente.

B. pinnatus. *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 81. Triticum pinnatum. *DC. Fl. Fr. et Syn.*

α. Spiculis, vaginis, foliisque pubescentibus.

Brachipodium pinnatum. *Pal. de Beauv.* - *Roem. S. Veg.* 2. Gr. sparteum spicata brizae panicula et corniculata. *Barr. ic.* 25. Gr. loliaceum corniculatum. *Scheuchz. Agr.* 35. Triticum, etc. *Hall. Helv. n.* 1431.

β. Spiculis incurvis, vaginis, foliisque glabris.

B. rupestris. *Host Gr. Aust.* 4. Brachipodium rupestre. *Roem. S. Veg.* 2. Triticum pinnatum γ. *DC. Suppl.* Triticum, etc. *Hall. Helv. n.* 1431. *var.* γ.

In dumetis, sepibus, viis communis: species in aridioribus, ad Tyberim; β vulgatior ad sepes, in herbidis. Perenn. Floret Junio, Julio.

142. SYLVATICUS. *Pollich.* Spica simplici, spiculis alternis, erectis, teretibus; aristis terminalibus supremis gluma longioribus: foliis mollibus; radice fibrosa.

B. sylvaticus. *Smith Br.** - *Lam. Enc.* Brachipodium sylvaticum. *Roem. S. Veg.* 2.

α. Spiculis villosis.

B. gracilis. *Pers. E.* B. sylvaticus. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 59.* - *Lois. G.* Triticum sylvaticum. *DC. Syn.* Gr. loliaceum corniculatum spica partiali sub-hirsuta, fragili. *Scheuchz. Agr.* 38.

In umbrosis, sylvaticis communis. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmus 2-3-pedalis, debilis. Folia pagina superiore molliter villosa. Spica simplex, spiculis 6-8 alternis, teretibus, (villosis) 8-10-floris. Arista terminalis, in flosculis saltem supremis, gluma longior; gluma interior pectinato-ciliata.

143. DYSTACHYOS. *L.* Spica simplici; spiculis paucis approximatis, erectis compressis, lanceolatis: aristis terminalibus gluma longioribus: culmo glabro.

B. distachyos. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 81.* Festuca distachya. *W. En. H. Ber.* Triticum ciliatum. *DC. Fl. Fr. et Syn.*

α. Spicula solitaria terminali.

B. monostachyos. *Lam. ill.*

β. Spiculis terminalibus geminis.
B distachyos. *Lam. l. c.* Gr. spica Brizae minus. *C. B. P.* 9.
γ. Spiculis pluribus.
B. polystachyos. *Lam. l. c.* Festuca gracilis, paucis utriculis. *Barr. ic.* 83. *f.* 2.
In apricis collibus solo sterili α et β promiscue. *A Villa Panfili, a Palombara, etc.* γ vulgaris in muris siccis, moenibus urbis. Ann. Floret Majo.
Culmi 2-6-pollicares adscendentes, glabri, nodis binis pubescentibus: folia pilosa, ciliata. Spiculae unica, binae, plures approximatae, rigidae, lanceolatae, compressae, erectae. Gluma exterior arista terminali longa recta instructa; interior longe ciliata ciliis exertis. Antherae 2-3.

(48) KOELERIA.

144. CRISTATA. *Pers. E.* Panicula spiciformi basi interrupta, glabriuscula; spiculis 2-4-floris; glumis acutissimis vel sub-aristatis: foliis inferioribus ciliato-pubescentibus; culmo glabro.
K. cristata. *DC. Cat. H. Mons. p.* 116.* – *Roem. S. Veg.* 2. Aira cristata. *L.* – *Smith Br.* - *Lois. G.* Poa cristata. *Murr. S. Veg.* - *W. Sp.* - *Savi B. E. r.* 2. *p.* 50. Gr. spica cristata sub-hirsutum. *Scheuchz. Agr.* 166.
In montibus calcareis. *Sul Monte Gennaro* ... Perenn. Floret Junio, Julio.
Culmi sesqui-pedales laeves, subinde prope paniculam levissime pubescentes. Folia angusta, acuta, superiora glabra, inferiora ciliato-villosa plana, arefactione sub-convoluta. Vaginae inferiores sub-villosae, superiores saepius nudiusculae. Panicula spiciformis elongata, lobata, inferne sub-interrupta, pedunculis brevissimis pubescentibus. Spiculae compressae glabrae, nitidae, paleaceae, interdum apicibus sub-violaceis 3-florae, subinde rudimento quarti floris extante. Calycis valvae inaequales compressae lanceolato-acuminatae, margine scarioso, dorso sub-virenti fere opaco, carina scabra; major spiculam aequans. Corollae gluma exterior compresso-lanceolata, acutissima, in nostris speciminibus mutica, nitida, carina tantum scabra: interior parum minor, argentea, superne bifida.
Forte quae apud nos venit varietas intermedia censenda inter geminam *Poam cristatam* W., et *P. nitidam* Lam. seu *Koeleriam gracilem* Pers. (quae *K. cristata var.* γ DC.) Haec in specimine a cl: Persoonio misso distincta habitu toto graciliore, spica omnino nitida, spiculis bifloris.

145. VILLOSA. *Pers. E.* Panicula spiciformi, oblonga, compacta; calycibus sub-2-floris valvis acutis, villosis, ca-

rina ciliatis; arista brevissima infra apicem glumae inserta: foliis planis molliter villosis.

K. villosa. *DC. Cat. H. Monsp.* 118.* - *Roem. S. Veg.* 2. Aira pubescens. *Vahl En.* - *W. Sp.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 57. Phalaris pubescens. *Lam. Enc.* - *Lois.* G. Alopecurus litorens. *All. Ped.* Gr. typhinum maritimum longius radicatum. *Barr. ic.* 717.

In arenosis maritimis communis. ***Ad Ostia*, *Fiumicino*, *etc.*** Ann. Floret Junio.

Culmi 8-10-pollicares adscendentes. Folia utrinque villosa, mollia. Vaginae laxinsculae, suprema ventricosa. Panicula spicata, densa, Phalaridem aemulans. Spiculae compressae, 1-, saepius 2-florae, subinde etiam flosculo tertio imperfecto. Calix valvis compressis, sub-aequalibus carina ciliata, ciliis densis, mollibus, margine scarioso argenteo. Gluma corollae exterior carina scabra, infra apicem aristata, arista gluma 3-plo 4-plo breviore, quandoque sub-nulla; interior margine ciliata, superne bifida.

146. Phleoides. *Pers. E.* Panicula spiciformi, lobata, cylindracea, stricta; spiculis sub-5-floris sub-hispidis; corollae gluma exteriore sub-apice aristata: foliis planis pilosis.

K. phleoides. *DC. Cat. H. Monsp.* 119. - *Roem. S. Veg.* 2.* Poa phleoides. *Lam. ill.* Festuca phleoides. *Desf. Atl.* 1. - *Bertol. R. It. Pl. Dec.* 1. - *Bivon. Sic. Cent.* 1. *p.* 39. Bromus trivialis. *Savi Pis.* 1. *p.* 124. *t.* 2. *f.* 2. - *Bot. Etr.* 2. *p.* 63. - *Sebast. R. Pl. Fasc.* 2. *p.* 31. Gr. loliaceum molli spica viridi e pluribus spicis congesta. *Monti Prod.* 42. *f.* 22. Gr. alopecurum viridi et molli spica. *Barr. ic.* 123. *n.* 1. Gr. typhoides molle. *Scheuchz. Agr.* 246. *t.* 5. *f.* 5.

Ubique communis ad vias, in pascuis. Ann. Floret Majo.

Culmus semi-pedalis, pedalis, geniculatus. Folia plana, pilosa. Spica sub-cilindrica, elongata, evidenter lobata; spiculae compressae sesqui-lineares. Calix sub-pubescens, margine scarioso. Gluma exterior laxe pilosa, ciliata, viridis, margine scarioso albido, infra apicem aristata, arista valde tenui flosculo breviore, in flosculis inferioribus subaequali; interior scariosa margine ciliata, superne bifida.

Sect. III. Spiculae sessiles, secus rachin spicatae.

(49) ROTTBOELLA.

A. Calyc minuto, indiviso: corolla aristata, monandra (*Asprella.* Host).

147. Monandra. *Cavanill. Pl. H.* 1. Spica erecta filiformi: valvula calycina squamiformi minima: flosculis monandris aristatis, solitariis, geminatisve interiore minore pedicellato.

R. monandra. *Pers. E.* - *Vivian. Ann. Bot.* 2. *p.* 147. Nardus aristata. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC Syn.* - *Vill. Delph.* 2. *p.* 58 *t* 2. - *Savi* 2. *Cent. p.* 12.* - *Biv. Sic. Cent.* 2 *p.* 37. Asprella nardiformis. *Host. Gr Aust.* 4. *t.* 29. Monerma monandra. *Palis. de B.* - *Roem. S. Veg.* 2.* Gr. exile arundinaceum minimum acumine reflexo. *Bocc. Mus. t.* 57. - *Scheuchz. Agr.* 41. *t.* 1. *f.* 7. *k.* Gr. junceum nodosum minimum capillare. *Barr. ic.* 117. *n* 1.

In collibus sterilibus circa Romam, et in plateis non rara. *A Villa Patrizi, sul Monte Mario* ... Ann Floret Junio.

Culmi caespitosi, semi-pedales, pedales, filiformes. Spica 3-6-pollicaris, filiformis, racheos articulis alternatim excavatis. Flosculi in sinubus reconditi, saepius binati altero pedunculato, interdum solitarii sessiles. Squamula triangularis minuta loco calycis. Corollae gluma exterior scabra, aristata.-Spiculam terminalem calyce valv.s binis oppositis praeditam deprehendit cl: Hostius, quod et in sequentibus *Rottboellis*, nec non in *Loliis* a nobis observatum.

B. Calyce indiviso corollam occultante.

148. Subulata. *Savi Giorn. Pis.* 4. *p.* 230. *f.* 4, 8. Spica tereti erecta subulata; calyce ensiformi acuminato adpresso indiviso flosculo longiore.

R. subulata. *Savi* 2. *Cent. p.* 35.* - *id B. Etr.* 1 *p.* 27. - *DC. Fl. Fr. Suppl.* 281. R. cylindrica. *W. Sp.* (excl. syn. L. et Poir.). Monerma subulata. *P. de Beauv.* - *Roem. S. Veg.* 2.* Gr. loliaceum junceum majus. *Barr. ic.* 5.

In agrorum semitis, locis sterilibus frequens. *Fuori della porta S. Sebastiano, alla Caffarella, etc.* Ann. Floret Junio, Julio.

Culmi caespitosi, ramosi, diffusi, a semi-pede ad pedem longi, articulati, articulis sub-fuscis. Folia angusta, acuminata, brevia, patentia, striata, glabra, superne scabra. Vaginae glabrae, striatae: ligula brevissima, truncata. Spica crassiuscula, subulata, glabra, plerumque recta, rachi flexuosa, striata. Calix 1-valvis. Valva ensiformis, acuminata, rigida, nervosa, adpressa, in anthesi tantum patens. (Flosculus solitarius membranaceus). Glumae calyci sub-aequales, interna paulo breviore. *Savi B. Etr. l. c.*

C. Calyce bipartito corollam occultante.

149. Filiformis. *Roth Cat. Bot.* 1. Spica filiformi, sub-compressa, erectiuscula: calyce bipartito, valvis lineari-acutis, demum patentibus: flosculo solitario, mutico.

R. filiformis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Vivian. Ann. Bot. P.* 2. *p.* 140. R. erecta. *Savi Giorn. Pis.* 4. *p.* 230. *f.* 5, 6. - *Bot. Etr.* 1. *p.* 26.* - *DC. Fl. Fr. Suppl.* 280. Ophiurus filiformis. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. myuros ere-

ctum minimum arundinaceum. *Bocc. Mus. t.* 59. Gr. loliaceum junceum minus. *Barr. ic.* 6. Gr. loliaceum spicis articulosis erectis majus. *Scheuchz. Agr. p.* 43. Gr. parvum spicarum loco ferens caules, etc. *Lael. Triumph. ap. J. B. Triumph. O's. p.* 64.

In argillosis agris, juxta semitas, inter stipulas frequens. *A Villa Pamfili, a Bravetta, etc.* Perenn? Floret Junio, Julio.

Culmi tenues, semi-pedales, basi ramosi, caespitosi, adscendentes, articulis sub-fuscis. Folia brevia, angustissima, glabra, superne scabriuscula, ligula brevissima truncata. Spica filiformi-sub-compressa glabra, erecta vel parum arcuata 4-pollicaris. Calix 2-partitus, valvis ensiformibus angustis, demum patentibus (alternis magis), uniflorus. Corollae glumae membranaceae, angustissimae calycis fere longitudine. -Radicem hujus perennem, affinis *Rotboellae incurvatae* L. annuam dicunt auctores.

(50) LOLIUM.

150. Perenne. *Smith Br.** Spica mutica; spiculis calyce longioribus; flosculis lanceolatis: culmo laevi; radice perenni.

L. perenne. *Roem. et Sch. S. Veg.* 2.

α. *Smith l. c. - Roem. l. c.* Spiculis compressis 6-9-floris.

L. perenne. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Gr. loliaceum spica simplici vulgare. *Moris. H.* 3 *s.* 8. *t.* 2. *f.* 2. Gr. loliaceum angustiore folio et spica. *Scheuchz. Agr.* 25.

β. *Smith l. c. - Roem. l. c.* Spiculis sub-teretibus 3-4-floris.

L. tenue. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Graminis oliacei angustiore folio et spica C. B. varietas spica tereti angustissima. *Scheuchz. Agr.* 28.

Secus vias, in aggeribus utraque varietas communis. Perenn. Floret Aprili-Junio.

Culmus pedalis et altior, laevis. Spica disticha spiculis calyce duplo fere longioribus latere externo valvae calycinae imposito, interno in racheos scrobiculo inserto, in α compressiusculis 6-10-floris, in β angustioribus flosculis tantum 3, 4.

151. Temulentum. *L.* Spica aristata; spiculis calyce brevioribus; flosculis ellipticis: culmo superne scabro: radice annua.

L. temulentum. *All. Ped. - Smith Br.*-W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 92. - *Roem. S. Veg.* 2. Gr. oliaceum spica longiore, seu lolium Dioscoridis. *Scheuchz. Agr.*

Inter segetes nimium frequens. Vulgo: *gioglio, zizania*. Ann. Floret Junio.

Culmus 1-2-cubitalis, firmus, foliosus, superne scaber. Spica disticha, rachi scabra, spiculis 4-multi-floris. Calix lineari-lanceolatus planus, rigidus, striatus, spiculis constanter longior. Flosculi elliptici, turgidiusculi, aristati; arista capillacea alba glumae longitudine, interdum sub-nulla.

152. Multiflorum. *Lam.* Spica aristata: spiculis lanceolatis, compressis, sub-18-floris, calyce triplo longioribus: culmo laeviusculo.

L. multiflorum. *Lois. G. - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2. Gr. loliaceum angustiore folio et spica, aristis donatum. *Vaill. Par. t.* 17. *f.* 3.

In arvis, aggeribus viarum commune. Perenn. Floret Majo.

Culmus 1-2-pedalis adscendens praecedente gracilior, saepe laevis. Spica elongata pedalis et ultra, hinc saepe curvata, spiculis numerosis, compressis ovato-lanceolatis calyce duplo vel triplo longioribus. Calix lanceolatus, muticus, striatus. Spiculae flosculis 13-20 laxiusculis. lanceolatis, angustis, aristatis; arista tenuis, recta, scabra, sub apice glumae inserta, in flosculis superioribus gluma ipsa longior, in infimis sub-nulla.

(51) HORDEUM.

153. Strictum. *Desf. Atl.* 1. *p.* 113. *t.* 37. Flosculis lateralibus masculis, pedicellatis, muticis; intermedio perfecto, longe aristato: involucellis setaceis, scabris.

H. strictum. *Pers. E. - Bivon. Sic. Cent. p.* 31. - *Roem. S. Veg.* 2.* H. nodosum. *Savi* 2. *Cent. p.* 37. H. bulbosum. *Bert. Pl. Gen. - Vivian. Ann. Bot.* 1. *p.* 147.-*Desf. emend. ad calc. d. voluminis. - Sebast. R. Pl. Fasc.* 2. *p.* 50. Gr. secalinum bulbosa radice, seu ex Alepo Bauhini. *Scheuch. Agr.* 19. (ex descr. et loc. nat., nec ad *bulbosum* L.).

In pratis, pascuis nil communius. Perenn. Floret Aprili-Junio.

Radix bulbosa. Culmus etiam 5-pedalis. Spica 2-3-pollicaris, vel ultra, Flores laterales masculi breviter pedicellati, gluma exteriore acuminata mutica; medius hermaphroditus sessilis, gluma exteriore aristata, arista flore duplo longiore: flores omnes ad insertionem glumae interioris alia arista tenui, brevi, ciliata muniti. Involucella scabra, nec ciliata, bina lateralia setiformia longiora, reliqua basi dilatata.

Male specici hujus auctor semetipsum emendans reducendam monet ad *H. bulbosum* L., quod apprime distinctum flosculis omnibus hermaphroditis. Nec confundenda nostra haec planta cum *H. nodoso* L., quod ad *pratense Huds.* cum Smithio referunt nuperi.

154. Murinum. *L.* Flosculis lateralibus masculis, aristatis;

involucellis setaceis, scabris: intermedio perfecto; involucellis lineari-lanceolatis, ciliatis.

H. murinum. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Roem. S. Veg.* 2. Gr. secalinum vulgatissimum viarum. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 4. Gr. hordeaceum minus et vulgare. *Scheuchz Agr.* 14.

Ubique ad vias, muros. Ann. Floret Martio-Augusto.

Culmi 1-2-pedales. Vaginae sub-ventricosae. Spica bi-pollicaris. Flores terni, omnes aristati; laterales stipitati masculi, involucellis setaceis scabris; intermedius hermaphroditus sessilis, involucellis lineari-lanceolatis aristatis, ciliatis.

155. Maritimum. *With.* Flosculis lateralibus masculis, dorso pubescentibus, brevius aristatis; involucellis setaceis scabris, masculorum interiore semi-lanceolato.

H. maritimum. *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Bivon. Sic. Cent.* 2 H. geniculatum. *All. Ped.* 2. *p.* 259. *t.* 91. – *Savi Fis.* 1. Gr. spicatum secalinum maritimum minus. *Scheuchz. Agr.* 18.

Commune in viis urbis, marginibus agrorum, maritimis. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmi semi-pedales, pedales. geniculati. Vaginae leviter ventricosae. Spica densa: flosculi terni aristati; laterales masculini, dorso sub-hirsuti, arista breviore muniti. Calix singulus ex involucellis setaceis scabris, masculorum interiore basi dilatato, semi-lanceolato.

(52) CYNOSURUS.

156. Cristatus. *L.* Spica sub-disticha, lineari, secunda: bracteis pinnato-distichis muticis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 54.

C. cristatus. *All. Ped.* – *Smith Br.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Roem. S. Veg* 2. Gr. typhinum plantaginis spica, etc. *Barr. ic.* 27. *f.* 1. Gr. pratense cristatum, seu spica cristata laevi. *Scheuchz. Agr.* 79. *t.* 2. *f.* 8. *A, B, C.*

In pratis, pascuis obvius. Perenn. Floret Majo, Junio.

Culmus 1-2-pedalis. Racemus spiciformis sesqui-pollicaris, secundus, linearis, rachi flexuosa. Bracteae pinnatifidae spiculas subaequantes. Calix 3-4-florus, valvis mucronatis sub-aequalibus; glumae mucronato-sub-aristatae.

157. Echinatus. *L.* Panicula conglomerata, ovata, secunda; bracteis paleaceo-pinnatis flosculisque longissime aristatis.

C. echinatus. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* Crysurus echinatus. *P. de Beauv.* – *Roem. S. Veg.* 2. Gr. alopecurum spica aspera. *Barr. ic.* 123. *f.* 2. – *Scheuchz. Agr.* 80. Gr. paniceum spica aspera latiore. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 13.

In pascuis sterilioribus frequens. Perenn.? Floret Majo, Junio.

Culmus cubitalis. Panicula ramosa secunda in capitulum ovatum coarctata. Bracteae pinnatae e paleis alternis, nervosis, scabris, longissime aristatis. Spiculae 2-3-florae, flosculis pariter aristatis.

(53) SESLERIA.

158. Coerulea. *Arduin. Sp.* 2. *p.* 18. *t.* 6. *f.* 3-5. Spica imbricata, spiculis inferioribus bractea sub-erosa instructis; glumis acuminatis, aristatis. *Bert. R. It. Pl. D.* 3. *p.* 11.*- *id. Op. Scient. Bol. Fasc.* 1. *p.* 61.

S. coerulea. *Scop. Carn.* - *All. Ped.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *DC. Syn.* - *Roem. S. Veg.* 2. Cynosurus coeruleus. *L.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* Gr. glumis variis. *C. B. Prod.* 21. *f.* 1.

In sylvaticis montosis. *Sul Monte Gennaro*... Perenn. Floret Majo.

Culmus sub-pedalis erectus. Spica erecta, brevis, obtusa, caeruleo vel fusco varia, nitida, sub-simplex. Bractea solitaria sub una, alterave spicularum inferiorum, sub-erosa vel laciniata. Spiculae saepius binatae, pedicellatae, sub-3-florae. Calycis valvae subaequales brevius aristatae. Corollae gluma exterior tridentata, dente intermedio in aristam brevem producto; interior bidentata.

159. Echinata. *Host Gr. Aust.* 3. *p.* 6. *t.* 8. Racemo spicato globoso, sub-nudo, spiculis sub-bifloris, gluma corollina exteriori 4-5-aristata, aristis subulatis rigidis. *Schrad. Germ.* 1. *p.* 277.

Cenchrus capitatus. *L.* - *W. Sp.* Echinaria capitata. *Desf. Atl.* 2. - *Pers. E.* - *DC. Fl. Fr.* et *Syn.* Gr. spica sub-rotunda echinata. *Scheuchz. Agr.* 74. Gr. montanum echinatum tribuloides capitatum. *Col. ecphr.* 1. *p.* 340. *t.* 338. *f.* 1. Gr. minimum spica globosa echinata. *Barr. ic. t.* 28. *f.* 1., *t.* 862. *f.* 2.

In subapenninis montibus ad margines viarum frequens. *A Subiaco, e ne' luoghi vicini*.... Ann. Floret Junio, Julio.

Culmi 1-6-pollicares erecti. Spica brevis sub-rotunda, aut oblonga, conferta, spiculis breviter pedicellatis, ebracteatis, vel bracteis quibusdam parvulis variis extantibus. Calix valvis mucronatis, sub-biflorus, flosculo altero imperfecto. Gluma exterior apice 5-fida laciniis subulato-aristatis inaequalibus rigidis, intermedia gluma duplo longiore.

(54) ÆGILOPS.

160. Ovata. *L.* Spica ovata: valvis calycinis 3-4-aristatis, scabris: culmis adscendentibus.

Ae. ovata. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers.* - *Lois. G.* - *DC.*

Syn. Festuca altera capitulis duris. *C. B. P.* 10. Gr. spicatum durioribus et crassioribus locustis, spica brevi. *Scheuchz. Agr.* 11. *t.* 1. *f.* 2. *A*, *B*, *C*.

In collibus, ad vias communis. Ann. Floret Majo, Junio.

Culmi palmares, pedales, geniculati, adscendentes: folia acuminata, brevia, supra praesertim, et margine pilis longiusculis instructa. Vaginae villosae, ligula brevissima erosa, pilis aliquot oppositifoliis. Spica ovata vix pollicaris, rachi compressa, flexuoso-articulata, spiculis 3-5. Calix 2-valvis, valvis concavis, crassis, duris, striatis, scabris, apice laciniato-aristatis, aristis elongatis saepius 4, interdum et in eadem planta 3, vel 5. Gluma corollina exterior valvis conformis, minor, laevis, 3-aristata, arista rachim spectante fere semper obsoleta. Gluma interior margine ciliata. Accedit rudimentum quarti floris, pedicellatum, minusculum, flori intermedio, sterili, subsessili adpressum.

Statura, proportione spicae, et numero aristarum passim variat. Synonimon Scheuchzeri, qui Romae plantam vidit, huc cum Linnaeo citare non dubitamus. Vehementer quidem suspicandum quod Willdenowius varietatem luxuriantem *Aegilopis ovatae* L. pro distincta specie dederit statuens suam *Aegilopem triaristatam* Scheuchzeriano synonimo munitam.

(55) SECALE.

161. VILLOSUM. *L.* Calycinis valvis compresso-cuneiformibus, truncatis, aristatis, glumisque corollae exterioribus dorso villoso-ciliatis.

S. villosum. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 93.* Triticum villosum. *Palis. de Beauv.* - *Roem. S. Veg.* 2.* Hordeum ciliatum. *Lam. Enc.* Gr. hordeaceum distichon majus, ciliaribus glumis durius. *Barr. Ic.* 112. *f.* 1. - *Scheuchz. Agr.* 21. (ex descr. et loci autops.)

In viis urbis et agrorum vulgare. Ann. Floret Aprili, Majo.

Culmus 2-4-pedalis. Spica 2-pollicaris et ultra. Spiculae biflorae, saepe flosculo tertio accessorio, rarius et quarto. Calix valvis compresso-cuneiformibus, truncatis, nervosis, nervo dorsali villis albis fasciculatis ciliato, in aristam longam scabram producto. Gluma corollina exterior lanceolata, aristata, nervosa, nervo dorsali superius villis albis fasciculatis ciliato; interior mutica.

(56) TRITICUM.

162. JUNCEUM. *L.* Spica disticha stricta; calycibus sub-5-floris corollisque obtusis, truncatis, muticis: rachi laevi; foliis glaucis, rigidis, sub-convolutis: radice repente.

T. junceum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* (excl. pl. syn.) - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 94.* T. glaucum. *DC. Syn.* Agropyrum junceum. *Pal. de Beauv.* -

Roem. S. Veg α. Gr. maritimum spica loliacea, foliis pungentibus nostras. *Pluk. t. 33. f. 4.*

In maritimis arenosis communis. Perenn. Floret Junio.

Culmus 1-sesqui-pedalis tenax. Folia saepius involuta, rigida, pungentia. Rachis articulata, alterne excavata, spiculis sessilibus, oblongis, compressis, 4-6-floris, glabris. Calicis valvae lanceolatae obtusae; glumae corollinae conformes, apice truncatae. Tota planta glauca.

163. Repens. *L.* Spica disticha: spiculis compressis 4-8-floris; valvis calycinis sub-5-nerviis flosculisque acutis, muticis aristatisve: radice repente longissima.

T. repens. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. et En. H. Ber. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Bivon. Sic. Cent.* 2. - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 94.* Agropyrum repens ..... *Roem. S. Veg.* 2.

α. *Vulgatius*. Foliis planis viridibus: valvis omnibus acuminatis sub-muticis, calycinis flosculum aequantibus.

T. caninum vulgatius. *Moris. s* 8. *t.* 1. *f.* 3.

β. *Glaucescens.* Foliis involutis; rachi hispidula; locustis approximatis, sub-lanceolatis, multifloris; flosculis aristatis; calycibus acuminatis flosculo brevioribus.

T. repens γ. *Smith Br.* (?) T. glaucum. *Pers. E.-Lois. Notic.* 29. (?) Agropyrum glaucum. *Roem. S. Veg.* 2. (?) T. repentis var. *Savi l. c.*

In agris, segete, viis varietas utraque passim. Vulgo: *gramigna*, *gramiccia*. Perenn. Floret Junio, Julio.

Radix longa, repens, sobolifera. Culmus 2-3-pedalis erectus. Folia planius ula, in β involuta, pungentia. Spiculae compressae, latae, 4-6-florae, in β longiusculae magis approximatae. Valvae calycinae subaequales, nervosae acutae, vel acuminato-sub-aristatae flosculum primum superantes, in β breviores. Gluma corollae exterior acuminata vel acumine producto aristata; interior ciliata.

164. Caninum. *L.* Spica disticha; spiculis teretibus sub-5-floris, flosculis aristatis; calycinis valvis sub-trinerviis brevius aristatis: foliis planis: radice fibrosa perenni.

T. caninum. *All. Ped. - Smith Br.* - Pers. E. - Lois. G. - W. En. H. Ber.* T. sepium. *Lam. Enc. - DC. Syn.* Elymus caninus. *L. - W. Sp.* Gr. caninum aristatum radice non repente. *Moris. s.* 8. *t.* 1. *f.* 2. Gr. spica triticea compacta, hirsutum, aristatum, aristis longioribus. *Scheuchz. Agr.* 10.

In sylvis montium. *Sul Monte Gennaro* .... Perenn. Floret Junio.

Culmi 2-4-pedales, stricti, glabri. Folia plana, striata, aspera, superius sub-hirsuta. Spica 2-3-pollicaris, demum saepe nutans. Spiculae alternae, inferiores quandoque geminae. Calix glumis aequalibus, nervosis, bre-

viter aristatis, 4-5-florus. Flosculi lanceolati, teretes, nervosi, aristati; arista terminalis gluma duplo vel triplo longior.

165. MARITIMUM. *L.* Culmo et spica ramosa; spiculis stipitatis erecto-patentibus, lanceolatis, compressis; flosculis mucronulatis.

T. maritimum. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Cyrill. Neap. Fasc.* 2. *p.* 9 *t.*2.* - *Vivian Ann. Bot.* 2. *p.* 188. - *id. Fl. It. Fragm.* 1. *p.* 27.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 95. - *Biv. Sic. Cent.* 1. Festuca maritima. *DC. Syn.* Brachipodium maritimum. *Roem. S. Veg.* 2. Gr. maritimum panicula loliacea. *C. B. Prod.* 19. *ic.* 18 Gr lo iacea panicula ramosa maritimum. *Scheuchz. Agr.* 274. *t.* 6. *f.* 5. Gr. maritimum paniculis asperis loliaceis. *Bocc. Mus.* 135. *t.* 95.

In maritimis nostris communis. *A Fiumicino, Ostia, Terracina*. . Bienn. Floret Majo, Junio.

Culmi semi-pedales, ramosi, purpurascentes. Spica ramosa, ramis subsimplicibus angulatis, rigidis. Spiculae pedicellis brevissimis incrassatis stipitatae, demum patentes, sub-sexflorae, lanceolatae. Valvae calycinae acutae; gluma corollae exterior apice acuminata, mucronulata, vel mutica.

Sect. IV. Flores polygamo-monoici.

(57) ANDROPOGON.

A. Calycibus muticis: floribus spicatis.

(*Andropogon* genuinus).

166. HIRTUS. *L.* Culmo ramoso, ramis simplicibus: spicis conjugatis, floribus geminatis; rachi, pedicellisque hirsutis: calycibus omnibus hirsutis muticis.

A. hirtus. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E.-Savi* 2 *Cent. p.*205.* - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p* 15. - *DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2. Gr. bicorne sive distachiophorum. *Bocc. Mus.* 315. *t.* 8. *f.* 1. Gr. dactylon spica gemina. *Scheuchz. Agr.* 95.

In viarum aggeribus, collibus circa urbem haud rarus. Perenn. Floret Julio.

Culmi 1-4-pedales, superne ramosi, ramis 3-5 simplicissimis. Vaginae ad culmi divisiones elongatae, ventricosae. Spicae terminales geminae, altera pedunculata, floribus binatis altero pedicellato masculo. Rachis, pedicelli, calycesque omnes hirsuti. Floris hermaphroditi arista e basi glumae minoris, elongata, contorta, geniculata.

167. ISCHAEMUM. *L.* Spicis fasciculatis sub-senis; floribus geminatis; rachi pedicellisque lanatis, calycibus muticis, ciliatis, nudiusculis, basi lana longa cinctis.

A. ischaemum. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - DC. Syn. - Roem. S. Veg.* 2. Gr. dactylon spicis villosis. *Scheuchz.*

Agr. 94. *Gr.* dactylon spicis aristatis geniculatis. *Barr.* *ic.* 753. *f.* 2.

In collibus arenosis, aggeribus circa urbem frequens. Perennis. Floret Junio, Julio.

Culmus sesquipedalis et ultra. Spicae 5 ad 10 in culmi apice fasciculatae, pedunculatae, pedunculis saepius oppositis. Flores geminati; hermaphroditus calice basi lana cincto, corolla uniglumi, arista tenui geniculata contorta basi parum dilatata loco glumae alterius (vel si mavis arista in gluma minima terminalis). Flores masculi calyx nudiusculus, pedicello lana longiore instructo suffultus.

B. Calycibus muticis. Floribus paniculatis.
(*Sorghum* auctorum).

168. Arundinaceus. *Scop. Carn. n.* 1236. Panicula laxa, ramis compositis, floribus geminatis, ternatisque, pedicellis barbatis: calycibus pubescentibus muticis: floris hermaphroditi gluma corollina altera emarginata aristata, muticave.

A. arundinaceum. *All. Ped.* A. Haleppense. *W. En. H. B.* Holcus halepensis. *L.* - *W. Sp.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 149. - *DC. Syn.* Sorghum halepense. *Pers. E.* - *Roem. S. Veg.* 2. Gr. arundinaceum paniculatum, locustis partim muticis, partim aristatis. *Scheuchz. Agr.* 509. *t.* 11. *f.* 12-15

In vineis, cultis, pascuis vulgaris. Perenn. Floret Julio, Augusto.

Culmi erecti 5-6-pedales medulla repleti. Folia striata, glabra. Panicula pedalis, sesquipedalis, pyramidalis, laxa, nutans, ramis ad insertionem villis albis munitis, superius ramosis. Flores saepe fusco-violacei, terni; hermaphrodito sessili, lateralibus pedicellatis masculis binis, quorum alter desideratum in inferiore ramorum parte. Floris hermaphroditi calix pubescens, valvis lanceolatis sub-aequalibus, muticis, depressis; corollae gluma altera minor profunde emarginata, ex emarginatura aristata; arista tortilis, geniculata, flore longior, in inferioribus abortiva. Flores masculi valvis calicinis minus pubescentibus, lanceolato-acutis, corolla mutica, pedicellis barbatis suffulti.

C. Calycibus omnibus aristatis. (*Pollinia*. Spreng.)

169. Gryllus. *L.* Panicula effusa, ramis simplicibus, verticillatis trifloris: calycibus omnibus valva altera aristata; hermaphroditis ciliatis, basi barbatis, gluma altera corollina brevissima apice longius aristata.

A. gryllus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* - *Savi* 2. *Cent. p.* 203. Pollinia gryllus. *Spreng. Pug.* 2. - *Roem. S. Veg.* Aegilops bromoides juba purpurascente. *J. B. H.* 2.

p. 456. - *Scheuchz. Agr.* 267. *t.* 6. *f.* 1. *a*, *b*, *c*. Gramen sparteum festuceum, etc. *Barr. ic.* 18. *f.* 2.

In pascuis, marginibus agrorum frequens. Perennis. Floret Majo, Junio.

Culmus 2-3-pedalis. Panicula patens, pedunculis simplicibus, apice trifloris. Flores saepe fusco-violacei. Medius hermaphroditus, sessilis, basi pilis sericeis fulvis cinctus, valvis calycinis margine ciliatis, altera apice bifida, altera aristata. Corolla brevior, gluma altera acuminata, altera minuta, apice aristata; arista longissima, contorta, medio articulata. Flores laterales masculi pedicellati, calycibus laevibus, valva altera aristata; corolla mutica.

TRIANDRIA TRIGYNIA.

(58) POLYCARPON.

170. Tetraphyllum. *L. Suppl.* Caule ramoso, prostrato, foliis quaternis. *L.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 77.*

P. tetraphyllum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *Roem. S. Veg.* 2. Mollugo tetraphylla. *L. Sp.* Marina incana anthyllis alsinefolia narbonensium. *Lob. ic.* 468. Anthyllis alsinefolia polygonoides major. *Barr. ic.* 534.

In hortis, viis urbis, atriis domuum vulgare. Ann. Floret aestate. Petala alba minima.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA

ORD. *Monogynia*.

Sect. I. Flores monopetali, monospermi, inferi.

(59) *GLOBULARIA*. *Flores aggregati. Calix communis imbricatus; proprius tubulatus, inferus. Corolla irregularis, labio superiore bipartito vel integro, inferiore tripartito. Receptaculum paleaceum.*

Sect. II. Flores monopetali, monospermi, superi. (*Aggregatae*).

(60) *DIPSACUS*. *Flores aggregati. Calix communis polyphyllus; proprius duplex, persistens, margine integer. Recep aculum paleis spinosis.*

(61) *SCABIOSA*. *Flores aggregati. Calix communis polyphyllus; proprius duplex, uterque varie divisus. Corolla 4-5-loba, staminibus 4-5. Receptaculum pilis vel paleis hirtum.*

Sect. III. Flores monopetali, monocarpi, inferi.

(62) *PLANTAGO*. *Calix 4-fidus. Corolla 4-fida limbo reflexo. Capsula bilocularis, circumscissa.*

Sect. IV. Flores monopetali, dicocci, superi. (*Stellatae*).

(63) *SHERARDIA*. *Corolla infundibuliformis, 4-fida. Fructus dispermus, nudus, calycinis dentibus coronatus.*

(64) *ASPERULA*. *Corolla infundibuliformis, 3-4-fida. Baccae duae siccae, coalitae, monospermae, non coronatae.*

(65) *GALIUM*. *Corolla rotata, aut campanulata, 4-fida. Semina duo subrotunda, non coronata.*

(66) *VALANTIA*. *Flores polygami*. Herm. *Corolla campanulata 4-fida. Stylus bifidus. Fructus semine altero saepius abortivo*. Masc. *Corolla 3-4-fida, 3-4-andra, pistillo abortivo.*

(67) *CRUCIANELLA*. *Corolla infundibuliformis, tubo filiformi, limbo brevi 4-5-fido. Calix bipartitus. Semina duo oblonga non coronata.*

(68) *RUBIA*. *Corolla campanulata 4-5-fida, staminibus 4-5. Baccae duae monospermae sub-globosae glabrae.*

Sect. V. Flores 4-petali.

(69) *CORNUS*. *Calix 4-dentatus deciduus. Corolla 4-petala supera. Drupa nucleo biloculari.*

Sect. VI. Flores apetali.

(70) *ALCHEMILLA*. *Calix 8-fidus laciniis alternis minoribus.*

Corolla nulla. Semen 1, *calyce tectum* (*rarius* 2). *Stamina* 1-4.

ORD. DIGYNIA.

(71) *CUSCUTA. Calix* 4-5-*fidus. Corolla monopetala limbo* 1-5-*fido. Stamina* 4-5 *corollæ fauce inserta, laciniis alterna. Capsula bilocularis, basi circumscissa, loculis dispermis.*

ORD. TETRAGYNIA.

(72) *ILEX. Calix* 4-*dentatus. Corolla rotata. Stylus nullus. Bacca* 4-*sperma.*

(73) *POTAMOGETON. Calix nullus. Petala* 4. *Stylus nullus. Semina* 4, *nuda.*

(74) *RUPPIA. Calix* 2-*valvis deciduus. Corolla nulla. Semina* 4, *pedicellata.*

(75) *SAGINA. Calix* 4-*partitus. Petala* 4. *Capsula* 4-*locularis,* 4-*valvis, aut* 1-*locularis apice dehiscens, polysperma.*

TETRANDRIA MONOGYNIA.

Sect. I. Flores monopetali, monospermi, inferi.

(59) GLOBULARIA.

171. VULGARIS. *L.* Caule herbaceo folioso; foliis radicalibus petiolatis, obovatis, integris vel apice dentatis; caulinis lanceolatis. *Savi Bot. E.* 2. *p.* 78.

G. vulgaris. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* - *Lois. G.* Bellis coerulea caule folioso. *Moris. H.* 3. *s.* 6. *t.* 15. *f.* 46. Bellis coerulea sive Globularia monspeliensium. *Lob. Ic.* 478.

In collinis, montosis aprieis. *Intorno Tivoli* .... Perenn. Floret Majo-aestate. Fl. coeruleo-albidi.

172. CORDIFOLIA. *L.* Caule sub-nudo; foliis cuneiformibus, tricuspidatis, dente intermedio minimo. *L.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *Savi* - *B. Etr.* 2. *p.* 79.

G. cordifolia. *All. Ped.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* Scabiosa bellidis folio humilis, caule nudo, etc. *Moris. H.* 3. *s.* 6. *t.* 15. *f. ult.* Scabiosa montana repens. *Clus. H.* 2. *p.* 5.

In subapenninis jugis. *Al Monte Calvo di Subiaco* .... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. coeruleo-purpurascentes.

Sect. II. Flores monopetali, monospermi, superi. (Aggregatae).

(60) DIPSACUS.

173. SYLVESTRIS: *Syst. Veg. ed.* 14. Foliis sub-connatis, serratis: paleis rectis: involucris capitulo longioribus.

D. sylvestris. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 80.* D. fullonum α. *L. Sp.* Labrum veneris. *Lob. ic.* 2. *p.* 18. D. sylvestris *Dod. Pempt.* 735.

Ad vias, secus fossas communis. Bienn. Floret Junio. Fl. dilute-purpurei.

(61) SCABIOSA.

A. Corollis 4-fidis 4-andris.

174. Transsylvanica. *L.* Corollulis 4-fidis aequalibus; calycibus paleisque aristatis: foliis imis lanceolatis lyratisque sub-serratis; caulinis pinnatifidis.

Sc. transylvanica. *All. Ped. n.* 504. *t.* 48.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Sc. altissima annua foliis agrimoniae, etc. *Moris. H.* 3. *s.* 6. *t.* 13. *f.* 13.

In siccioribus, collibus frequens. *Sul Monte - testaccio, etc.* Ann. Floret Junio, Julio. Fl. dilute purpureo-coerulei.

175. Leucantha. *L.* Corollulis 4-fidis subaequalibus: foliis lyrato-pinnatifidis: paleis obtusis: semine tetragono: urceolo dentato, glanduloso. *Savi Bot. E.* 1. *p.* 118.*

Sc. leucantha. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Vivian. Fl. It. Fragm.* 15. *t.* 17.* Montana scabiosa calidarum regionum. *Lob. ic.* 538. Sc. fruticans angustifolia alba. *Moris. H.* 3. *s.* 3. *t.* 13. *f.* 12.

In apricis, aridis montium. *Sul Monte della Croce presso Tivoli....* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. albi.

176. Arvensis. *L.* Corullis 4-fidis radiantibus: foliis pinnatifidis incisis: caule hispido. *Smith Engl. bot. t.* 659. - *Bertol. in Opusc. Scient. Bol. Fasc.* 2. *p.* 66.*

α. Sc. arvensis. *L.* - *Savi Bot. E.* 1. *p.* 120. Sc. vulgaris major. *Dod. Pempt.* 122. Sc. major communior hirsuta folio laciniato. *J. B. H.* 3. *p.* 2. *f. super.*

β. Foliorum inferiorum segmentis ovatis dentatis; foliis superioribus integris vel inferne laciniatis. *Bert. lc.* (sub δ.) Sc. integrifolia: var. foliis lyratis. *Savi Pis.* 1. *p.* 162. *t.* 2. *f. b, c.* - *id. Bot. E.* 1. *p.* 120.

γ. Foliis omnibus indivisis. *Bert. l. c.* (sub ε.) Sc. integrifolia. *Savi Pis.* 1. *p.* 162. *t.* 2. *f.* 1. Sc. major communior hirsuta folio non laciniato. *J. B. H.* 3. *p.* 2. *fig. solit. in p.* 3.

In arvis, ad sepes: α in montibus; *Albano* ... β ubique circa urbem: γ ibidem nec infrequens. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. rosei.

B. Corollis 5-fidis 5-andris.

177. Rutaefolia. *Vahl.* Corollulis 5-fidis subaequalibus: foliis pinnatifidis crassiusculis, basi connatis ciliatis; laciniis linearibus sub-dentatis; involucro monophyllo: calyculo brevi extenso; stellula 5-radiata.

Sc. rutaefolia. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 81.* Sc. maritima rutae caninae folio. *Bocc. Sic.* 74. *t.* 40. *f.* 1.

In litore marino: *presso Ostia*. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. carnei.

178. Columbaria. *L.* Corollulis 5-fidis radiantibus: foliis imis ovatis lyratisque, crenatis; caulinis pinnatis; pinnis attenuatis, summis linearibus. calyculo plicato margine involuto: pappo 5-seto.

Sc. columbaria. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 121. (excl. syn. nonnullis). Sc. minor vulgaris. *J. B. H.* 3. *p.* 3.

In incultis, sylvaticis, secus vias vulgatissima. Perenn. Floret Majo - Julio. Fl. purpureo coerulei. - Capitulum fructiferum ovatum.

179. Gramuntia. *L.* Pubescenti-virens: (corollulis 5-fidis radiantibus) foliis radicalibus oblongis crenatis: caulinis superioribus bipinnatifidis, laciniis linearibus: calyculo plicato margine extenso: pappo 1-5-seto deciduo. *Bertol. in Opusc. Scient Bol. Fasc.* 2. *p.* 67.*

α. Sc. gramuntia. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Encicl.* - *Desf. Atl.* - *Lois. G.* Sc. gramuntiana. *Gouan. H. R. Monsp.* 62. *n.* 7. - *Fl. Monsp.* 15. *n.* 8. Sc. ceratophylla. *Ten. Fl. Neap.* 1. *p.* 31. *n.* 27. *t.* 8. Sc. capitulo globoso, foliis in tenuissimas lacinias divisis. *C. B. P.* 271.

β. Herba luxuriante: foliorum caulinorum segmentis latioribus incisis. *Bert. l. c.*

Sc. uniseta. *Savi Pis.* 1. *p.* 167. *t.* 2. *h, f.* Sc. tenuifolia β coerulea. *Savi Bot. Etr.* 1. *p.* 122. Sc. Columnae. *Ten. Fl. Neap* 1. *p.* 29. *t.* 7. Sc uniseta. *Ten. ibid. p.* 30. Sc. capitulo globoso major *C. B. P.* 270. Phytheuma Dioscoridis. *Columnn. Phyt.* §. 99 *t.* 22. Sc. minor s. columbaria. *Lob. ic.* 535. Sc. quinta. *Clus. H* 2.

In montosis sylvaticis, β praesertim frequens. *Presso Albano, Tivoli, etc.* Bienn. Floret Junio. Fl. pallide coerulei.

Sect. III. Flores monopetali, monocarpi, inferi.

(62) PLANTAGO.

180. Major. *L.* Scapo tereti, nudo: spica floribus imbricatis; capsulae loculis polyspermis: foliis glabriusculis, ovatis, integris vel subdentatis, petiolo brevioribus. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 93.

Pl. major. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Pl. latifolia glabra vulgaris. *Moris. H.* 3. *s.* 8. *t.* 15. *f.* 2.

Ad vias vulgaris: offic. *Piantaggine*. Perenn. Fl. aestate. Fl. albidi in spica longissima.

181. Lanceolata. *L.* Scapo angulato pubescente; spica subovata nuda: foliis 3-5-nerviis lanceolatis, utrinque attenuatis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 94.

Pl. lanceolata. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* -

Lois. G. - *DC. Syn.* Pl. quinquenervia, sive lanceola. *Lob.* ic. 305. Pl. bulbosa, etc. *Hort. Rom.* 2. *t.* 5.

β. Scapo 3-4-pedali: spica sub-cylindrica: foliis dentatis.

Pl. altissima. *L.* - *Jacq. obs.* 4. *t.* 83. - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Pl. montana crasso glabro canaliculato tenuioreque folio, spica oblongo-cylindrica, scapo, angulato. *Till. Pis.* 136.

In sterilibus, ad vias ubique. *β. Intorno alla fontana Paola, presso i fossi della Caffarella ed altrove.* Perenn. Floret aestate. Fl. spurco-albi in spica plus minus oblonga.

471. Umbellatus. *L. - All. Ped. - Smith Br.* - *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.*

Juncus floridus. *J. B. H.* 2. *p.* 524. Gladiolus aquatilis. *Dod. Pempt.* 601.

In montium fossis. *Presso Tivoli*... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. rosei.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

ORD. MONOGYNIA.

(192) *CERCIS. Calix campanulatus, 5-dentatus, inferne gibbus. Corolla papilionacea, petalis unguiculatis. Carina dipetala, vexillo aequalis, alis brevior. Legumen compressum, polyspermum.*

(193) *TRIBULUS. Calix 5-partitus. Petala 5, patentia. Stylus nullus. Stigma 5-lobum. Capsulae 5, approximatae, spinosae, polyspermae.*

(194) *RUTA. Calix 5-partitus. Petala 5, concava, unguiculata. Receptaculum punctis melliferis 10 cinctum. Capsula globosa, 5-locularis, 5-loba. – Partium floris numerus interdum quaternarius, staminibus 8.*

(195) *ARBUTUS. Calix minimus 5-partitus. Corolla ovata, limbo parvo, quinquefido, revoluto. Bacca 5-locularis, supera.*

(196) *STYRAX. Calix campanulatus, sub-integer, inferus. Corolla 5-7-partita, tubo brevi, calyci inserta. Filamenta basi coalita. Drupa globosa, exsucca, nuce ossea, monosperma.*

ORD. DIGYNIA.

(197) *SAXIFRAGA. Calix 5-partitus, persistens. Corolla 5-petala. Capsula birostris, unilocularis, polysperma, inter rostra dehiscens.*

(198) *GYPSOPHYLA. Calix campanulatus; angulatus, margine membranaceus. Petala 5, vix unguiculata. Capsula globosa, 1-locularis, 5-valvis.*

(199) *SAPONARIA. Calix tubulosus, 5-dentatus, basi squamis destitutus. Petala 5 unguiculata. Capsula oblonga 1-locularis.*

(200) *DIANTHUS. Calix tubulosus, 5-dentatus, basi squamis 4 circiter instructus. Petala 5, unguiculata. Capsula cylindrica 1-locularis.*

ORD. TRIGYNIA.

(201) *CUCUBALUS. Calix campanulatus, inflatus, quinquefidus. Petala 5, unguiculata. Fructus carnosus 1-locularis, polyspermus, non dehiscens.*

(201) *SILENE. Calix tubulosus, aut ventricosus, 5-dentatus.*

Petala 5, *unguiculata*, *fauce squamis coronata*, *rarius destituta*. *Capsula* 3-*locularis*, *apice dehiscens*, *polysperma*.

(203) *STELLARIA*. *Calix* 5-*phyllus*, *patens*. *Petala* 5, *bifida*. *Capsula ovata*, *unilocularis*, 6-*valvis*, *polysperma*.

(204) *ARENARIA*. *Calix* 5-*phyllus*, *patens*. *Petala* 5, *integra*. *Capsula* 1-*locularis*, *polysperma*, *in valvas* 3 *dehiscens*.

ORD. PENTAGYNIA.

(205) *COTYLEDON*. *Calix* 5-*fidus*. *Corolla monopetala*, *tubulosa*, 5-*fida lobis rectis acutis*. *Squamae nectariferae* 5 *ad basim germinis*. *Capsulae* 5.

(206) *SEDUM*. *Calix* 5-*fidus*. *Petala* 5. *Squamae* 5 *ovatae*, *obtusae*, *integrae ad basim geminis*. *Capsulae* 5.–*Partium numerus saepe quaternarius*–*septenarius*, *staminum duplex*.

(207) *OXALIS*. *Calix* 5-*phyllus*. *Petala* 5 *ungue subcoalita*. *Stamina alterna longiora*, *submonadelpha*. *Capsula* 5-*gona*, 5-*locularis*, 5-*valvis*, *elastice dissiliens*.

(208) *LYCHNIS*. *Calix tubulosus*, 5-*dentatus*. *Petala* 5, *unguiculata*, *emarginata*, *vel laciniata*, *fauce saepius coronata*. *Capsula uni-aut* 5-*locularis*.

(209) *CERASTIUM*. *Calix* 5-*phyllus*. *Petala* 5 *bifida*, *quandoque sub-integra*. *Capsula supera unilocularis globosa*, *vel cylindracea*, *apice dehiscens ore decemdentato*.

ORD. DECAGYNIA.

(210) *PHYTOLACCA*. *Calix nullus*. *Petala* 5, *calycina*. *Bacca supera*, 10-*locularis*, *decasperma*. *Flores* 7-20-*andri*, 5-10-*gyni*.

DECANDRIA MONOGYNIA.

(192) CERCIS.

472. SILIQUASTRUM. *L.* Foliis cordato-orbiculatis glabris. *L.* - *All. Ped.* - *DC. Syn.*

C. siliquastrum. *W. Sp.* – *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi Tr. d. Alb.* 1. *p.* 85. Arbor Judae. *Dod. Pempt.* 786.

In sylvaticis, et ad sepes passim. Vulgo: *albero di Giuda*. Arb. Floret Martio-Aprili. Fl. intense rosei.

(193) TRIBULUS.

473. TERRESTRIS. *L.* Foliis sub-6-jugis, subaequalibus: caulibus prostratis; capsulis 4-cornibus.

Tr. terrestris. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Hort. Rom.* 5. *t.* 17. - *Dod. Pempt.* 557. Tr. terrestris minor, incanus hispanicus. *Barr.* ic. 558.

Ad vias campestres et urbanas vulgaris. Ann. Floret Julio-Octobri. Fl. lutei.

(194) RUTA.

474. Chalepensis. *L.* Foliis decompositis, foliolis oblongis; petalis ciliato-dentatis; bracteis cordatis.

R. chalepensis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* R. chalepensis angustifolia, petalis villis scatentibus. *Moris. H.* 2. *p.* 508. *s.* 5.* *t.* 35. *f.* 8.

Ad muros frequens. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. luteo-virentes.

(195) ARBUTUS.

475. Unedo. *L.* Arborea: foliis glabris, obtuse serratis: panicula terminali: baccis polyspermis.

A. unedo. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi Tr. d. alb.* 1. *p.* 68. A. *Dod. Pempt.* 804.

In sylvaticis, montium praesertim communis. Ital. *Corbezzolo*. Arb. Floret Novembri. Flores albi. - Fructus edules vulgo: *cerase-marine*.

(196) STYRAX.

476. Officinalis. *L.* Foliis ovatis, subtus villosis, racemis simplicibus, folio brevioribus. *Ait.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi Tr. d. Alb.* 2. *p.* 183.

St. officinalis. *All. Ped.* St. folio mali cotonei. *C. B. P.* 452. - *Duham. T.* 1. *t.* 19.

In agro Tiburtino copiose. *Nella Villa d'Adriano, e da quella fino a Palombara*. Frut. Floret Aprili, Majo. Fl. albi.

DECANDRIA DIGYNIA.

(197) SAXIFRAGA.

477. Rotundifolia. *L.* Foliis omnibus petiolatis, rotundato-reniformibus, dentatis: caule paniculato: germine supero.

S. rotundifolia. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi* 2 *Cent. p.* 110.* Sanicula montana secunda. *Clus. H.* 307.

In montosis umbrosis. *Sul Monte Gennaro...* Perenn. Floret Junio. Fl. albi sanguineis punctis notati.

478. Granulata. *L.* Foliis rotundato-reniformibus lobatis, caulinis sub-sessilibus: caule sub-racemoso; radice granulata: germine semi-infero.

S. granulata. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* S. alba. *Dod. Pempt.* 316.

In sylvaticis montosis. *A Rocca di Papa sul rapillo* ... Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. albi impunctati.

479. Tridactylites. *L.* Foliis cuneiformibus, trifidis, alternis; summis indivisis; caule paniculato: germine infero.

S. tridactylites. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Biv. Sic. Cent.* 1. S. verna annua, etc. *Hort. Rom.* 4. *t.* 82. Paronychia altera. *Dod. Pempt.* 113.

In muris, tectis, glareosis vulgatissima. Ann. Floret primo-vere. Fl. albi.

(198) GYPSOPHILA.

480. Saxifraga. *L.* Calycibus angulatis, squamis 4 basi instructis; petalis emarginatis: foliis linearibus.

G. saxifraga. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 137.* Dianthus saxifragus. *L. Sp. - Biv. Sic. Cent.* 1. *p* 32. Lychnis pumila caryophyllata flore rubello. *Barr. ic.* 998.

In rupestribus, ad muros vulgatissima. Perenn. Floret tota aestate. Fl. rosei.

(199) SAPONARIA.

481. Officinalis. *L.* Calycibus cylindricis glabris; foliis ovato-lanceolatis. *DC. Syn.*

S. officinalis. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* S. *Dod. Pempt.* 179. Lychnis sylvestris, quae Saponaria vulgo. *Hort. Rom.* 6. *t.* 33.

In sepibus communis. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. rosei.

482. Vaccaria. *L.* Calycibus pyramidatis quinque-angulatis: foliis ovatis, acuminatis, sessilibus. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 138.*

Vaccaria. *Dod. Pempt.* 104.

Inter segetes montium. *Presso Santo-Polo* ... Ann. Floret Majo. Fl. rosei.

483. Ocymoides. *L.* Calycibus cylindricis villosis: caulibus ramosissimis prostratis; foliis ovato-lanceolatis. *DC. Syn.*

S. ocymoides. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* Ocymoides repens polygonifolia. *Lob. ic.* 341.

In montosis. *Sul Monte Gennaro* ... Perenn. Floret Junio. Fl. purpurascentes.

(200) DIANTHUS.

484. Barbatus. *L.* Floribus aggregatis, fasciculatis; squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus: foliis lanceolatis. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.*

In sylvaticis, umbrosis montium. *Presso Albano, sul Monte Cavi in copia, etc.* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. rosei, purpurei.

485. Atro-rubens. All. Ped. n. 1545.* Floribus aggregatis, capitatis; squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus; involucro ovato aristato longitudine capituli; foliis lineari-lanceolatis, connato-vaginantibus, enerviis.
D. atro-rubens. *W. Sp.* - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Jacq. rar. 3. t. 467.* Caryophyllus sylvestris, flore rubro plurimo, etc. *Segu. Ver. 1. t. 7. f. 2.*
In collibus arenosis sylvaticis. *Alla Macchia de' Mattei lungo la strada ....* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei. -Caules 2-4-pedales.

486. Armeria. *L.* Floribus aggregatis, fasciculatis: squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *L. - All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.*
Caryophyllus barbatus. *Segu. Veron. 1. t. 7. f. 4.* Armeria sylvestris altera. *Lob. ic. 448.*
In arvis sterilibus communis. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. rubri.

487. Prolifer. *L.* Floribus aggregato-capitatis; squamis calycinis ovatis obtusis, muticis, tubum superantibus. *L. - All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.*
Caryophyllus sylvestris prolifer. *Segu. Veron. 1. t. 7. f. 1.* Armeria prolifera. *Lob. ic. 449.*
In glareosis, sterilibus arvis vulgaris. Ann. Floret Majo: Fl. rosei, ephemeri. -Variat flore solitario.

DECANDRIA TRIGYNIA.

(201) CUCUBALUS.

488. Baccifer. *All. Ped.* Calycibus campanulatis; petalis distantibus: ramis divaricatis; foliis ovatis. *DC. Syn.*
C. baccifer. *Smith Br.** C. bacciferus. *L. - Pers. E. - Lois. G.* Silene baccifera. *L. - W. Sp.* Alsine repens. *Dod. Pempt. 403.* C. Plinii. *Hort. Rom. 6. t. 34.*
In umbrosis, ad sepes. *Nella Valle dell' Inferno ....* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. albidi.

(202) SILENE.

A. Calyce glabro.

489. Inflata. *Smith Br.* Calycibus inflatis, reticulato-venosis; petalis fauce sub-nudis: foliis ovato-lanceolatis: caule erecto, paniculato-dichotomo; floribus e dichotomia longe pedunculatis
S. inflata. *DC. Syn.* Cucubalus Behen. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* Behen album sive Polemonium. *Dod. Pempt.* 172. Lychnis sylvestris quae Behen album vulgo. *Hort. Rom. 6. t. 29.*

In arvis, ad vias frequens. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. albi.

490. Cretica. *L.* Erecta, laevis; caule filiformi superne paniculato-dichotomo, paucifloro; floribus erectis longe pedunculatis; calycibus glabris decemangularibus; petalis bifidis, patulis.

S. cretica. *W. Sp. - Pers. E.* Viscago foliis inferioribus bellidis, superioribus tunicae. *Dill. Elth.* 422. *t.* 314. *f.* 404., 405.

In montium viis umbrosis. *Presso ad Albano, Castel-Gandolfo, sul Monte Gennaro, sull' Artemisio, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei.

491. Acaulis. *L.* Caespitosa, depressa, acaulis: foliis linearibus patulis: flore solitario; petalis emarginatis.

S. acaulis. *All. Ped. t.* 79. *f.* 1. *- Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.*

β. Excapa: flore sessili fructibus sub-rotundis. *All. Ped. t.* 79. *f.* 2.

In editissimis montium jugis. *Sul monte Calvo presso Subiaco* ... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei.

492. Armeria. *L.* Floribus fasciculatis, fastigiatis; petalis integris, acute-coronatis: foliis superioribus cordatis, glabris.

S. armeria. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.-DC. Syn.* Armerius flos quartus. *Dod. Pempt.* 176.

In arvis, sylvaticis frequens etiam circa urbem. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei. - Caulis glaucescens sub geniculis valde viscidus.

B. Calyce pubescente, aut hirsuto.

493. Otites. *Smith Br.** Dioica: floribus paniculatis sub-verticillatis; pedunculis glabris: petalis linearibus indivisis, undulatis, fauce nudis; foliis inferioribus sub-spathulatis, cauliuis linearibus.

S. otites. *Pers. E. - DC. Syn.* Cucubalus otites. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Lois. G.* Sesamoides magnum salmanticum. *Clus. H.* 295.

In saxosis montanis. *Presso Terni, sul Monte Gennaro* .... Floret Julio. Fl. albo-virentes, parvuli.

494. Italica. *DC.* Pubescens: foliis ovato-lanceolatis: paniculae ramificationibus oppositis, patentibus; floribus erectis; calycibus clavatis; petalis semibifidis, fauce nudis.

S. italicus. *Pers. E.* Cucubalus italicus. *L. - Jacq. Obs.* 4. *t.* 79. *- All. Ped. - W. Sp. - Lois. G. - Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 40.

In umbrosis, ad sepes collium et montium praesertim vulgatissima, et in Amphitheatro Flavio. Bienn. Floret Aprili, Majo. Fl. albi.

495. Conica. *L.* Caule superne paniculato-dichotomo, pauci-floro; petalis bifidis, coronatis; calycibus fructus conicis, striis 30: foliis lineari-lanceolatis mollibus.
S. conica. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Lychnis sylvestris altera incana caliculis striatis. *Lob. ic.* 338.
In aridis. *Presso il canale della Solfatara andando a Tivoli.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. rosei, odori.

496. Pendula. *L.* Pubescens: caule adscendente ramoso: foliis ovato-lanceolatis: floribus racemosis, laxis, secundis: calycibus fructiferis inflatis, pendulis, costis 10 scabris piloso-glandulosis.
S. pendula. *W. Sp.* - *Pers. E.* Viscago hirsuta sicula lychnidis aquaticae facie supina. *Dill. Elth* 421. *t.* 312. *f.* 404.
In arvis haud infrequens. *Sui colli di Prata-lata, ad Albano presso S. Paolo, a Tivoli, etc.* Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. saturate rosei. - Caulis saepe procumbens.

497. Gallica. *L.* Hirsuta: caule sub-simplici; foliis ob-ovato-cuneiformibus: floribus sub-spicatis alternis, secundis, erectis; petalis indivisis, lamina obliqua.
S. gallica. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Viscago hirta gallica, flore parvo carneo, petalis integris. *Dill. Elth.* 419. *t.* 310. *f.* 399.
In arvis sterilibus vulgaris. Ann. Floret Majo. Fl. carnei.

498. Sericea. *All. Ped.* 1573. *t.* 79. *f.* 3 (mala). Holosericea sub incana: caulibus sub-diffusis, ramis adscendentibus; foliis inferioribus elliptico-spathulatis: floribus subnutantibus alternis (oppositisve) pedunculatis, pedunculo bracteis longiore; petalis bipartitis; fructibus erectis.
S. sericea. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Bert. Rar. It. Pl. Dec.* 4. *p.* 22. *et Opusc. Scient. Bol. Fasc.* 3. *p.* 147.* S. bipartita. *Desf. Atl.* 352. *t.* 100. - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 138.* S. canescens. *Ten. Fl. Neap.* 1. *p.* 236. *t.* 39. S. decumbens. *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 75. *t.* 6.
In arenosis maritimis frequens. *A Fiumicino, etc.* Ann. Floret Majo. Fl: rosei.
Statura, pubescentia, foliorum forma non nihil variat. Flores alternos pauciores in racemo terminali solitario vel gemino et pedunculos bracteis ovato-acuminatis sub-duplo longiores adhuc vidimus. Auctoritate cl: Bertolonii, qui cum Molineriano specimina contulit, huic associamus synonima clarissimorum Bivonae, et Tenorii. Retzii *S. vespertina* quoad descriptionem recte cum sequenti planta convenire visa est, et ejus synonimon huc a Bertolonio citatum illi praeponendum.

499. Vespertina. *Retz. Obs.* p. 31. Calycibus clavatis pubescentibus erectis: petalis bifidis; corona connata: racemis geminatis terminalibus secundis, flore intermedio pe-

dunculato: foliis obovato-lanceolatis basi ciliatis. *W. Sp.* - *Pers. E.*

In viis campestribus, oris nemorum ab urbis occidente praesertim frequens. *Nel foro Romano, a Villa Pamfili, fuori di porta Portese sulla via di Fiumicino in copia, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. rosei.

Caulis 2-3-pedalis geniculatus: herba tota sub-hirsuta, inferne praesertim: folia ad basim evidenter ciliata. Racemi geminati inaequales, altero interdum sub-nullo: flos intermedius pedunculatus, caeteri pedunculo brevissimo, extremi sessiles. Bracteae lineares, pedunculo subjecto constanter longiores, margine non membranaceo, qua nota statim distinguenda species haec a *S. sericea*, et *dichotoma*. Calix hirsutus, pilis longiusculis, mollibus, albis. Petala ungue libero, corona in nectarium cyathiforme porrectum crenulatum connata, lamina sub-reflexa, semi-bifida, laciniis sub-involutis.

S. hirsuta. Poiretii, quae et *S. hispida* Desfontainesii forte ab hac non diversa.

500. Trinervia. *Nob.* (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 2.) Caule dichotomo, pubescenti-scabro: foliis lineari-lanceolatis subtus trinerviis: racemis terminalibus, floribus erectiusculis secundis: calyce clavato, costis decem scabris, hispidis, pilis sursum imbricatis.

In arvis circa urbem, et ad radices montium. *Alla Caffarella presso il Fonte di Egeria, sui colli della Farnesina, presso Palombara* .... Ann. Floret Julio. Fl. rosei.

Caulis erectus, interdum sub-diffusus, 1-3-pedalis, dichotomo-ramosus, ramis patentibus, raro simpex, geniculis tumidis rubicundis, sub-compressus, minime viscosus, tactu scaber, pilis adpressis brevibus pubescens, basim versus patentioribus, longiusculis; colore pallido, aetate sub-cinereo. Folia opposita lineari-lanceolata, sub-hirsuta, margine basim versus longius ciliato, inferiori pagina valide trinervosa, nervis lateralibus a basi ad apicem fere usque juxta marginem procurrentibus, apice acuto, puncto calloso subtus prominulo. Racemi in ramis terminales sub-secundi, solitarii, interdum et gemini, tunc flore interjecto longius pedunculato. Flores erecto-patuli, demum stricti; bracteae binae folio conformes, pedunculo longiores. Calix clavatus, 4 lineas longus, apice 5-dentatus, dentibus hinc et inde membranaceis, ciliatis, denticulis 5 brevioribus apice pilosis interjectis. Calycis costae 10 valde prominulae, virides, dorso crenulatae, pilis albo-diaphanis sursum flexis, sub-uncinatis duplici serie munitae. Sulci costis interpositi sub lente tantum mucronulis albis sursum versis instructi. Petala lamina patenti, apice obtusa, emarginato-bifida, inten-

se rosea, basi subtus luteo-venosa, fauce squamula biloba lobis emarginatis. Stamina 10 inaequalia, 5 exerta. Antherae cinereae. Germen clavatum, intra calycem longe stipitatum, glabrum.

(203) STELLARIA.

501. Nemorum. *L.* Foliis cordatis, petiolatis; panicula dichotoma. *Pers. E.* – *DC. Syn.*

St. nemorum. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Lois. G.* Alsine hederacea montana maxima. *Col. ecphr.* 290. *f.* 2.

In sylvaticis montium. *Sul Monte Gennaro*, *sul Monte Albano*, *etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. albi.

502. Media. *Smith Br.** Caule procumbente, latere alterno villoso: foliis ovatis sub-cordatis, petiolo ciliato: floribus 5-10-andris, petalis bipartitis.

Alsine media. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* – *DC. Syn.* A. minor. *Dod. Pempt.* 29. A. altissima nemorosa. *Hort. Rom.* 4. *t.* 73.

In hortis, ruderatis, muris ubique. Vulgo: *centocchio*. Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. albi.

Variat magnopere statura; foliis in petiolum decurrentibus vel sub-sessilibus; corollis calyce minoribus, vel duplo majoribus; staminibus 5 ad 10.

503. Holostea. *L.* Caule erecto, stricto: foliis lanceolatis, margine scabro-serrulatis; petalis calyce triplo longioribus. *DC. Syn.*

St. holostea. *All. Ped.* - *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* - *Lois. G.* Gramen. *Fuchs. H.* 136. Alsinastrum gratiolae folio. *Hort. Rom.* 4. *t.* 74.

In umbrosis, ad sepes frequens. *Nelle Ville Borghese*, *Medici*, *etc.* Perenn. Floret Aprili. Fl. albi.

(204) ARENARIA.

504. Serpillifolia. *L.* Foliis sub-ovatis, acutis, sessilibus, laevibus: corollis calyce brevioribus. *L.* – *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* – *DC. Syn.*

A. serpillifolia. *Smith Br.** Alsine minor. *Fuchs. H.* 23. - *Tabern. p.* 708.

In glareosis, ad muros obvia. Ann. Floret Majo. Fl. albi.

505. Tenuifolia. *L.* Foliis subulatis, setaceis, oppositis, exstipulatis: caule ramosissimo dichotomo: petalis lanceolatis calyce striato brevioribus.

A. tenuifolia. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *J. B. H.* 3. *p.* 394. - *Vaill. Par.* 7. *t.* 3. *f.* 1.

In glareosis, ad muros vulgaris. Ann; Floret Majo. Fl. albi.

506. Marina. *Smith Br.* Caulibus prostratis; foliis semi-cylindricis, carnosis, glabris; stipulis scariosis, vaginantibus: seminibus compressis ala membranacea cinctis.

A. marina. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 139. A. marginata. *DC. Syn.* A. rubra β. *Fl. Dan.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* Alsine maritima etc. *Mich. Cat. H. Fl. p.* 5. *n.* 10.

In arenosis maritimis. *Presso Civitavecchia* .... Perenn. Floret Augusto. Fl. dilute carnei.

Caules tenues glaberrimi; inflorescentia pubescenti-glandulosa: folia sub-secunda internodiis sub-aequalia. Capsula calyce sub-duplo longior.

DECANDRIA PENTAGYNIA.

(205) COTYLEDON.

507. Umbilicus. *Huds.* Foliis peltatis, crenatis: caule subsimplici; floribus racemosis pendulis; bracteis integris: radice tuberosa.

C. umbilicus. *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* C. umbilicus β. *L. Sp.* Umbilicus pendulinus. *DC. Syn.* C. umbilicus veneris. *Clus. H.* 2. *p.* 63. - *All. Ped.* C. major. *Hort. Rom.* 1. *t.* 35.

In muris umbrosis communis. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. rubro-flavescentes.

(206) SEDUM.

A. Foliis planis.

508. Telephium. *L.* Foliis sparsis, aut oppositis ovatis serratis: caule erecto; corymbo folioso. *DC. Syn.*

S. telephium. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Anacampseros vulgo Faba crassa. *J. B. II.* 3. *p.* 681.

In saxosis. *Presso Albano, sul Tusculo.* Perenn. Fl. Julio: Fl. dilute purpurei.

509. Stellatum. *L.* Foliis sparsis, ovatis, angulatis; floribus lateralibus, sessilibus, solitariis; folliculis stellatim patentibus. *DC. Syn.*

S. stellatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Sempervivum tertium. *Col. Phytob.* 32. *t.* 11.

In sterilissimis, saxosis frequens. *Presso Albano, all' Isola-Farnese in copia, etc.* Ann. Floret Junio. Fl albo-rubicundi. -Variat foliis vix angulatis, caule unifloro.

510. Gallioides. *All. Ped.* 1742. *t.* 65. *f.* 3. Caule adscendente: foliis inferioribus sub-quaternis verticillatis, spathulatis; petalis acuminato-aristatis. *Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 23.*

S. gallioides. *Lois. G.* - *DC. Syn.* S. cepaea β. *W. Sp.* S. cepaea * gallioides. *Pers. E.* S. spathulatum. *Waldst. et Kit. Pl. R. Hung.* 2. *p.* 108. *t.* 104.

In umbrosis, sylvaticis, ad muros vulgare. Bienn. Floret Junio. Fl. albidi.

B. Foliis teretibus.

511. ALBUM. *L.* Foliis sparsis, teretiusculis, oblongis, obtusis, sessilibus, patentibus; cyma ramosa.

S. album. *All. Ped. t.* 65. *f.* 2. - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Sempervivum minus alterum. *Dod. Pempt.* 129.

In tectis, muris, saxosis obvium. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi, vel rubicundi.

512. DASYPHYLLUM. *L.* Foliis oppositis, ovatis, obtusis, pinguibus: caulibus infirmis, apice pubescentibus: floribus laxe racemosis, saepius hexapetalis. *DC. Syn.*

S. dasyphyllum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* S. minus folio circinato. *Moris. H.* 3. *s.* 12. *t.* 7. *f.* 35.

In montium petrosis. *A Tivoli sul Monte della Croce* ... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. albo-rubelli.

513. ACRE. *L* Foliis sub-ovatis adnato-sessilibus, gibbis, erectiusculis, alternis: cyma trifida. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*

S. acre. *Smith Br.** Illecebra, sive Sempervivum tertium. *Dod. Pempt.* 129.

In muris sterilissimis, montium saxosis. *Sul Monte Gennaro, intorno a Roma* .... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. flavi.-Herba acris.

514. SEXANGULARE. *L.* Foliis teretibus, adnato-sessilibus subpatulis, ternatim verticillatis; in surculis sexfariam imbricatis: cyma trifida. *DC. Syn.*

S. sexangulare. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Sempervivum minimum. *Camer. epit.* 836.

In petrosis montium. *A Tivoli sul monte della Croce* .... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. flavi. -Herba non acris.

515. REFLEXUM. *L.* Foliis sparsis, subulatis, basi solutis, erectis: floribus cymosis, sub-corymbosis; cymae ramis virgineis reflexo-nutantibus. *DC. Syn.*

S. reflexum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois G.* S. minus quintum. *Clus. H.* 60.

In montium saxosis, umbrosis. *Presso Albano, Rocca di Papa, Tivoli sul Monte della Croce, etc.* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. aurei.

Caulis basi infirmus, saepe dependens vel assurgens. Folia viridia, inferiora reflexa, decidua. Calix sex-partitus, acutus.

516. ANOPETALUM. *DC. Voy. Bot.* 80. Foliis tereti-depressis mucronatis, incurvis, basi solutis, glaucis, sparsis: cyma sub-4-fida, ramis bifidis; petalis 6-7 linearibus, patentibus: capsulis rostratis, calyce obtuso duplo longioribus.

S. anopetalum. *DC. Cat. Hort. Monsp.* 143. - *Lois. Notic.* 71.

S. hispanicum. *Fl. Fr. ed* 3. *non Linn.* S. rupestre. *Vill. Dauph.* 3. *p.* 679. S. rufescens. *Tenor. Fl. Neap.* 1. *p.* 248. *t.* 41. S. minus narbonense glaucum, ramulis inflexis, flore albo, staminibus luteis. *Raii Suppl.* 363. S. minus quartum. *Clus. H.* 2. *p.* 60.

In veteribus muris, tectis, hortorum parietibus Romae vulgare. Perenn. Floret aestate. Fl. albo-luteoli.

Caulis strictus vel assurgens, saepe inferne rufescens, firmus. Folia acumine aristaeformi terminata, inferiora 5-fariam conferta, glauca, subinde rufescentia.

(207) OXALIS.

517. Corniculata. *L.* Caule ramoso, decumbente, radicante: pedunculo sub-umbellato petiolis breviore; foliis ternatis, obcordatis: stylis longitudine staminum interiorum. *DC. Syn.* - *Sqvi B. Etr.* 2. *p.* 130.

O. corniculata. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Oxys lutea. *Hort. Rom.* 1. *t.* 32. O. sive trifolium acetosum flore luteo. *Dod. Pempt.* 579.

Ad margines viarum, juxta sepes, muros vulgaris. Ann. Floret Majo ad autumnum. Fl. flavi.

(208) LYCHNIS.

A. Capsula 1-loculari: petalis coronatis, limbo 2-multi-partito. (*Lychnis*).

518. Flos-cuculi. *L.* Floribus laxe paniculatis; petalis laciniatis: capsula sub-rotunda. *DC. Syn.*

L. Flos-cuculi. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Caryophyllus pratensis. *Tabern.* 291. Armerius sylvestris. *Dod. Pempt.* 177.

In pratis, herbosis communis. Vulgo: *margheritine rosse.* Perenn. Floret Majo. Fl. rosei.

519. Dioica. *L.* Foliis sub-ovatis integris: floribus dioicis bracteatis; petalis semi-bifidis.

L. dioica. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.*

α. Alba - *Pers. E.* Sub-villosa: caule geniculato, erecto: petalis ob-cordatis, albis.

L. dioica. *DC. Fl. Fr. et Syn.* - *Lois. G.* - *W. En. H. Ber.* L. sylvestris, noctiflora alba simplex calyce amplissimo. *Till. Pis.* 105. *t.* 41. *f.* 1.

β. Rubra. *Pers. E.* Hirsuta: caule geniculato debili: foliis ovatis; floribus rubellis, saepe hermaphroditis.

L. sylvestris. *DC. Fl. Fr. et Syn.* - *Lois. G.* - *W. En. Hort. Ber.* L. sylvestris rubello flore. *Raii Syn.* 239.

Ad sepes, vias ubique; β in umbrosis. Perenn. Floret tota aestate. Fl. ex albo ad roseum; in β intensius rubelli.

B. Capsula 1-loculari: petalis coronatis, limbo sub-integro. (*Agrostemma*).

520. Coronaria. *Enc.* Tomentosa: foliis ovato-lanceolatis;

pedunculis elongatis, unifloris; petalis emarginatis, serratis. *DC. Syn.*

Agrostemma coronaria. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* L. coronaria. *Dod. Pempt.* 170.

In sylvaticis collinis et montosis. *Alla Lucchina, alla Marcigliana, sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Junio. Fl. purpurei.

C. Capsula uniloculari: petalis fauce nudis, limbo sub-integro. (*Githago*).

521. Githago. *Scop. Carn.* Hirsuta: calycinis dentibus foliaceis, corolla longioribus, deciduis.

L. githago. *Enc. - DC. Syn.* Agrostemma githago. *L. - Smith Br.* - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* Lolium. *Fuchs. H.* 127.

Inter segetes solo macriori frequens. *Sul Monte Mario, etc.* Ann. Floret Junio. Fl. rubro-violacei.

(209) CERASTIUM.

A. Petalis calycem non superantibus.

522. Vulgatum. *L.* Hirsutum; sub-viscidum: foliis sub-ovatis: panicula dichotoma; floribus pedunculo longioribus: petalis calycem aequantibus.

C. vulgatum. *Smith Br.* - W. Sp.* (excl. syn. Vaill.) C. viscosum. *Curt. Lond. F.* 2. *t.* 35. - *Pers. E.* C. ovale. *Pers. l. c.* Alsine hirsuta major, foliis sub-rotundis dilute virentibus. *Moris. Oxon. s.* 5. *t.* 23. *f.* 10. Myosotis arvensis hirsuta parvo flore. *Vaill. Par. t.* 30. *f.* 3. (bona). Auricula muris quorumdam flore parvo, vasculo tenui longo. *J. B. H.* 3. *p* 359. (male).

β. Minus: floribus paucioribus sub-5-andris.

C. semidecandrum. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 35.

In arvis, aggeribus, muris vulgare. Ann. Floret a Februario ad Majum. Fl. albi.

Caulis caespitosus vel simplex, diffusus vel erectus, viridis vel pallens, ramis erectis vel parum divaricatis, laxe vel dense hirsutus pilis nec semper viscidis, foliis late vel oblongo-ovatis obtusis, interdum sub-spathulatis, dichotomiis crebris vel remotiusculis: ast constanter flores pedunculo proprio longiores subaequales. Macriora occurrunt individua staminibus aliquot (saepius 5, filamentis non exceptis) orbata, quae varietatem *β* constituunt, non confundendam cum *C. semidecandro* L., cui monente Smithio folia infima glabrata.

523. Viscosum. *L.* Hirsutum, sub-viscidum: foliis lanceolato-oblongis obtusis: panicula dichotoma; pedunculis flore longioribus: corollis calyce sub-brevioribus.

C. viscosum. *Smith Br.* - W. Sp.* (excl. syn. Vaill.) C. vulgatum. *Curt. Lond. Fasc.* 2. *p.* 34. - *Pers. E.* Alsine hirsuta altera viscosa, foliis longis, saturatius virentibus.

Moris. Ox. s. 5. *t.* 23. *f.* 11. Myosotis hirsuta altera viscosa. *Vaill. Par. t.* 30. *f.* 1. (Bona).

In aggeribus, muris, saxosis, arenosis commune. Ann. Floret Martio, Aprili. Fl. albi.

Species pariter varia partium omnium forma, statura, dispositione, hirsutie, viscositate. Caulis ramosissimus vel simplex, diffusus vel erectus, pilis longis vestitus, saepe superioribus adpressis, interdum patentibus omnibus. Rami et pedunculi ut plurimum divaricati, etiam refracti, aut erectiusculi. Folia saepius oblongo-lanceolata, obtusa, interdum sub-ovata, quandoque spathulata. Pedunculi constanter flore multoties longiores. Petala calyce breviora, vel subaequalia. Stamina 10, interdum 5-6.

Macriora individua caule sub-simplici, foliis latiusculis spathulatis, panicula contracta, floribus paucioribus sub-pentandris, bracteis calicibusque apice scariosis, tota herba laetius virente admodum viscida, rem primo intuitu a specie diversam ostendunt, quae nihilominus huc reduci debere videtur. Nonne similiter *C. brachipetalum* DC. et aliae nonnullae auctorum species locum inter adnotatos lusus invenire censendum sit?

B. Petalis calyce longioribus:
capsulis oblongis.

524. Campanulatum. *Vivian. Ann. Bot. T.* 1. *P.* 2. *p.* 171.* (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 3. *f.* 1.) Adscendens, diffusum, villosum: foliis radicalibus spathulatis; caulinis oblongis: panicula dichotoma; petalis semi-bifidis calyce duplo longioribus. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 12. *t.* 3. *f.* 1.

C. ligusticum. *Vivian. Cat. Hort. di Negro*. C. praecox. *Ten. Fl. Neap. Prod. p.* 27.

In arvis, sterilioribus praesertim vulgare. Ann. Floret Martio, Majo. Fl. albi.

Caulis saepe sub-simplex, floribus paucioribus.

525. Arvense. *L.* Adscendens: foliis lineari-lanceolatis obtusis, pubescentibus, ciliatis; panicula dichotoma; petalis emarginatis, calyce duplo longioribus.

C. arvense. *All Ped. – Smith Br.* – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn.* Myosotis arvensis hirsuta flore majore. *Vaill. Par. t.* 30. *f.* 4.

In aggeribus, praesertim umbrosis, nemorosis frequens. Perenn. Fl. Aprili. Fl. candidi.

526. Lineare. *All. Ped.* 2 *app. p.* 365. *t.* 88. *f.* 4. Foliis lineari-anceolatis, acutis, patentibus, sub-pubescentibus; pedunculis sub-unifloris tomentosis: petalis calyce majoribus, acutis, bifidis.

C. lineare. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*

Sul monte Gennaro ... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi.

C. Petalis calyce longioribus : capsulis sub-rotundis.

527. Repens. *L.* Caule basi procumbente : foliis lanceolato-acutis, mollibus : panicula dichotoma, petalis calyce majoribus, capsulis sub-rotundis.

C. repens. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Ocymoides lychnitis reptante radice. *Column. Phytob.* 115. *t.* 31. Myosotis arvensis polygoni folio. *Vaill. Par.* 141. *t.* 30. *f.* 5.

In montosis. *Sul Monte Gennaro, presso Subiaco* ... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi.

528. Tomentosum. *L.* Albo-tomentosum : foliis lineari-oblongis; floralibus lanceolatis, margine scariosis; panicula pauciflora, petalis calyce multo majoribus; capsulis oblongis.

C. tomentosum. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Caryophyllus holosteus tomentosus angustifolius. *C. B. P.* 210.

In jugis sub-apenninis. *Sul Monte-Calvo presso Subiaco* ... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi.

529. Manticum. *L. Am. Acc.* 4. *p.* 315.* Glabrum : caule stricto, gracili; foliis lanceolatis acutis : floribus paniculatis; calycibus laevibus, margine scariosis : capsulis sub-globosis.

C. manticum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Stellaria mantica. *DC. Syn.* Alsine caryophylloides glabra florum pediculis longissimis. *Segu. Veron.* 3. *p.* 178. *t.* 4 *f.* 2.

In pratis, pascuis. *Vicino all'Anguillara copiosamente* ... Ann. Floret Majo. Fl. albi.

Stigmata 5, capsula ore 10-dentato,

DECANDRIA DECAGYNIA.

(210) PHYTOLACCA.

530. Decandra. *L.* Floribus decandris, decagynis. *L.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.*

Ph. vulgaris. *Dill. Elth.* 318. *t.* 239. *f.* 309. Ph. americana majori fructu. *Hort. Rom.* 5. *t.* 51.

In ruderatis, circa vineas, ad sepes Romae communis. Vulgo : *Uvetta Spagnuola*. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. albidi.

Fructuum succo atro-sanguineo saturatiorem colorem vino conferunt.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA. *)

ORD. MONOGYNIA.

(211) *PORTULACA. Calix 2-valvis. Corolla 5-petala. Capsula 1-locularis circumscissa polysperma, receptaculis seminiferis centralibus.*

(212) *LYTHRUM. Calix cylindricus 6-12-dentatus. Petala 6, rarius 4-5, calyci inserta. Capsula tecta, 2-locularis, 2-valvis, polysperma. Stamina 2-12.*

ORD. DIGYNIA.

(213) *AGRIMONIA. Calix 5-dentatus, involucello bilobo cinctus. Petala 5. Semina duo calyce capsulae-formi inclusa.*

ORD. TRIGYNIA.

(214) *RESEDA. Calix 4-6-partitus. Petala 4-6 irregularia, saepius laciniata. Capsula supera, angulosa, apice hians, polysperma. Stamina 10-20. Styli 3-5.*

(215) *EUPHORBIA. Calix 1-phyllus, ventricosus, inferus, 4-5-lobus. Petala 4-5 calyci insidentia. Squamulae plurimae staminibus interjectae. Capsula 3-cocca, 3-sperma, stipitata.*

ORD. PENTAGYNIA.

(216) *CLINUS. Calix 5-phyllus. Corolla nulla. Nectarium setis bifidis. Capsula 5-angularis, 5-locularis, 5-valvis, polysperma. Semina funiculo setiformi affixa receptaculo columnari.*

DODECANDRIA MONOGYNIA.

(211) PORTULACA.

531. Oleracea. *L.* Caule ramoso prostrato; foliis cuneiformibus; floribus confertis sessilibus. *Lois. G.*

---

*) Stamina 12 - 19.

P. oleracea. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* P. sylvestris. *Dod. Pempt.* 661. P. latifolia. *Hort. Rom.* 4. *t.* 59.

In locis arenosis, ambulacris hortorum passim. Vulgo: *porcacchia*. Ann. Floret Julio. Fl. lutei.

(212) LYTHRUM.

532. Salicaria. *L.* Caule recto tetragono: foliis oppositis, cordato-lanceolatis, sub-hirsutis; floribus spicatis dodecandris.

L. salicaria. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Salicaria vulgaris. *Hort Rom.* 4. *t.* 84. Lysimachia purpurea communis major. *Clus. H.* 2. *p.* 51.

Ad Tyberim et in aquosis communis. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurei.

533. Hyssopifolia. *L.* Caule prostrato, ramoso, ramis erectis: foliis linearibus alternis: floribus axillaribus, hexapetalis, hexandris.

L. hyssopifolia. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Hyssopifolia. *C. B. Prod.* 108. *cum ic.*

In sabulosis irriguis, humentibus vulgaris circa urbem. Ann. Floret Junio. Fl. purpurei.

DODECANDRIA DIGYNIA.

(213) AGRIMONIA.

534. Eupatorium. *L.* Calycibus fructigeris hispidis; foliis interrupte pinnatis, foliolis ovato-oblongis, impari petiolato.

A. eupatorium. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* A. officinarum. *Hort. Rom.* 5. *t.* 57. A. sive eupatorium. *Dod. Pempt.* 28.

Ad margines et in pascuis obvia. Perenn. Floret Junio-Octobri. Fl. lutei.

DODECANDRIA TRIGYNIA.

(214) RESEDA.

535. Luteola. *L.* Foliis lanceolatis, undulatis, integris: calycibus 4-fidis; caule erecto. *DC. Syn.*

R. luteola. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Lutum herba. *Dod. Pempt.* 80.

Ad vias campestres, et in muris quibusdam. Bienn. Floret Majo-Julio. Fl. albo-virides.

Ob luteum colorem colitur usui tinctorio.

536. Lutea. *L.* Foliis sub-3-fidis, undulatis; inferioribus pinnatifidis: calycibus sexpartitis; capsulis oblongis, trigonis, apice truncatis.

R. lutea. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *J. B. H.* 3. *p.* 467.

In ruderatis, arenosis, ad ripas Tyberis frequens. *Nel cortile di S. Marco, a Nem., a Viterbo, etc.* Perenn. Floret Aprili-Augusto. Fl. luteoli, parvi.

537. Alba. *L.* Foliis pinnatifidis sub-undulatis: floribus 4-gynis; calycibus 5-partitis. *DC. Syn.*

R. alba. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* (?) - *Lois. G.* (?) R. undata. *Sebast. R. Pl. Fasc.* 2. *p.* 66. R. maxima. *Lob. Hist.* 110.

In muris antiquis, locis saxosis communis. *Sul Colosseo, a Palazzuola, etc.* Perenn. Floret Martio-Junio. Fl. albi.

Planta etiam 5-pedalis caule striato, foliolis undulatis lanceolatis decurrentibus sub-aequalibus: spica elongata, acuta, floribus constanter 4-gynis, fructibus 4-aculeatis. Calyces omnino 5-partitos, nec cum Linnaeo, aliisque 6-partitos vidimus.

538. Phyteuma. *L.* Foliis radicalibus spathulatis, integerrimis; caulinis semi-trilobis: calycibus 5-6-partitis corolla sub-duplo majoribus.

R. phyteuma. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Erucago apula 3-fida 5-folia. *Col. ecphr.* 1. *p.* 267. *t.* 269.

Ad vias, in incultis vulgatissima. Ann. Floret Aprili-aestate. Fl. albi.

(215) EUPHORBIA.

A. Capsulis glabris laevibus.

539. Chamaesyce. *L.* Dichotoma procumbens; foliis crenulatis, subrotundis, glabris: floribus solitariis, axillaribus; seminibus tetragonis, transversim rugosis. *DC. Syn.*

E. chamaesyce. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Chamaesyce. *Dod. Pempt.* 377. - *Clus. H.* 2. *p.* 187.

Ad vias urbis inter lapides, in sabulosis, hortorum fictilibus vulgaris. *In copia sulla scala della Trinità de' Monti, etc.* Ann. Floret Junio-Augusto. Fl. obscure purpurei.

540. Peplis. *L.* Dichotoma, procumbens; foliis integerrimis, semi-cordatis obtusis; floribus solitariis axillaribus; seminibus ovatis, laevibus.

E. peplis. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Peplis. *Dod. Pempt.* 376. - *Clus. H.* 2. *p.* 187.

In arena maritima. *A Fiumicino, presso Ostia, etc.* Ann. Floret Aprili-Augusto. Fl. lutescentes.

541. Peplus. *L.* Umbella trifida, dichotoma; bracteolis ovatis, obtusis: foliis integerrimis, obovatis, petiolatis.

E. peplus. *All. Ped.* - *Smith B.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Peplus. *Tabern.* 597. - *Dod. Pempt.* 375.

In cultis, ad vias obvia. Ann. Floret Februario ad aestatem. Fl. lutei lobis calycinis bicornibus.

542. FALCATA. *L.* Umbella 2-5-fida, dichotoma; bracteolis sub-cordatis mucronatis: foliis lanceolatis, mucronulatis; (calycinis lobis 4, bicornibus; fructibus laevibus:) seminibus sub-tetragonis transverse sulcatis. *DC. Syn.*

β. Lois. G. Foliis bracteolisque acuminato-mucronatis: capsulis conoideis; caule ramoso.

E. acuminata. *Lam. Enc. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 145.* E. falcata • acuminata. *Pers. E.* Peplis annua foliis acutis flore muscoso. *Bocc. Sic.* 24. *t.* 13. *f.* 1. - *Moris. H.* 3. *s.* 10. *t.* 1. *f.* 3. Pityusa angustis acutisque esulae foliis. *Barr. ic.* 752.

In arvis varietas haud infrequens. *Alla Caffarella, etc.* Ann. Floret Majo-Julio. Fl. luteo-virides.

Speciem ut Linnaeus describit foliis obtusiusculis non invenimus.

543. EXIGUA. *L.* Umbella 2-4-fida, dichotoma: bracteolis lanceolatis; foliis linearibus; calycinis lobis 4, bicornibus; seminibus transverse sulcatis.

E. exigua. *All. Ped - Smith. Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 141.* Esula exigua Tragi. *Lob. ic.* 357. Tithymalus minimus angustifolius annuus. *J. B. H.* 3. *p.* 664.

In sterilissimis, arenosis, collibus. *Al Pigneto Sacchetti, Tor di Quinto, Civitavecchia, etc.* Ann. Floret Majo ad aestatem. Fl. lutei.

544. LATHYRIS. *L.* Umbella 4-fida dichotoma: foliis oppositis, integerrimis, lanceolatis, 4-fariis. *Pers. E.*

E. lathyris. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Lathyris. *Fuschs. H.* 455. - *J. B. H.* 3. *p.* 880.

In vineis, etiam circa urbem. Offic. *catapuzia.* Bienn. Floret Junio. Fl. pallide lutei. -Semina vi drastica pollent.

545. PARALIAS. *L.* Umbella sub-5-fida, bifida; bracteolis cordatis reniformibus; foliis lanceolato-oblongis, concavis, sursum imbricatis.

E. paralias. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lo's. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 1. *p.* 144.* Titymalus paralias. *Dod. Pempt.* 370.

In arenosis maritimis. *A Fiumicino, presso Ostia* .... Perenn. Floret Majo. Fl. luteoli.

546 SEGETALIS. *L.* Umbella 5-8-fida, dichotoma; foliis linearibus, superioribus amplioribus basique dilatatis: ramis axillaribus floriferis: bracteolis lato-cordatis: fructuum angulis scabris.

E. segetalis. *A l. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC Syn.* Titymalus annuus lunato flore, linariae folio longiore. *Moris. H.* 3. *p.* 339. *s.* 10. *t.* 2. *f.* 3.

In arvis, ad muros nonnullos circa urbem. *Sui muri delle Vigne fuo i di Porta S. Panciazio* ... Ann. Floret Junio, Julio. Fl. luteoli calycinis lobis falcatis.

Inferne ab umbella ex axillis foliorum latiorum rami floriferi dichotomi. Umbella etiam 8-fida. Bracteolae lato-cordatae, integerrimae, obtusae constanter nobis visae, nonnihil concavae. Semina foveolata.

547. Helioscopia. *L.* Umbella 4-fida, radiis trifidis, bifidis: foliis cuneiformibus et involucellis obovatis serrulatis: seminibus ovatis, reticulatis.

E. helioscopia. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Titymalus helioscopius. *Dod. Pempt.* 371.

In arvis, ruderatis, cultis vulgatissima. Ann. Floret Aprili ad aestatem. Fl. luteoli calycinis lobis integris.

548. Nicaeensis. *All. Ped.* 1039. *t.* 69. *f.* 1.* Umbella 4-7-fida, bifida: foliis sub-coriaceis, glabris, oblongo-spathulatis; superioribus ovatis et bracteolis cordato-reniformibus mucronatis; seminibus laevibus.

E. nicaensis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* E. Barrelieri. *Savi B. Etr.* 1. *p.* 145.* E. neapolitana. *Ten. Fl. Neap.* 1. *p.* 266. *t.* 42. Tithymalus marinus latifolius italicus. *Barr. ic.* 823.

In maritimis. *Al Pigneto di Chigi* .... Perenn. Floret aestate. Fl. luteoli calycinis lobis lunulatis.

Herba glaucescens, caule inferne sub-lignoso.

549. Cyparissias. *L.* Umbella multifida dichotoma, bracteolis late-cordatis: foliis lineari-sub-capillaceis confertis; ramis pluribus sterilibus.

E. cyparissias. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 146. Tithymalus cyparissias. *Moris. H.* 3. *s.* 10. *t.* 2. *f.* 29. - *Dod. Pempt.* 371.

In sterilibus montosis. *In gran copia sulla Montagna di Viterbo, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. lutei lobis calycinis 4, bicornibus.

550. Sylvatica. *L.* Pubescens. umbella 5-multifida, bifida; bracteolis perfoliato-connatis, sub-cordatis: foliis perennantibus obovato-lanceolatis, imis petiolatis: caule basi frutescente.

E. sylvatica. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tithymalus lunato flore. *Col. ecphr.* 2. *p.* 56. *t.* 57. T. sylvaticus lunato flore. *Moris. H.* 3. *s.* 10. *t.* 1. *f.* 3.

In nemorosis communis circa urbem. Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. sub-virides (axillaris saepe rubicundus) calycinis lobis lunatis.

Folia apice acuto terminata, in summo caule minuscula, obtusa, omnino difformia.

551. Dendroides. *L.* Arborea, umbella multifida, dichotoma; bracteolis sub-cordatis, primariis triphyllis: foliis lanceolatis, angustis.

E. dendroides. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Biv. Sic. Cent* 1. Tithymalus arboreus, seu dendroides. *Moris. H.* 3. *s.* 10. *t.* 1. *f.* 11, 12

In maritimis. *Presso Terracina, a' piedi del Circello ....* Arb. Floret Majo. Fl. luteoli.

B. Capsulis pilosis, aut tuberculatis.

552. Characias. *L.* Pubescens: umbella multifida, bifida; bracteolis connato-perfoliatis: foliis confertis, oblongo-lanceolatis; caule frutescente, capsulis tomentosis.

E. characias. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* Titymalus characias. *Clus. H.* 2. *p.* 188. – *Matth. Valgr.* 1250.

In marginibus, arvis. *Fuori di porta S. Sebastiano presso la Basilica in copia, etc.* Perenn. Floret Februario–Majo. Fl. calycinis lobis atro-purpureis lunatis.

553. Platyphylla. *L.* Umbella sub-quinquefida, trifida, dichotoma; bracteolis ovato-rhombeis et foliis lanceolatis serrulatis, sub-mucronatis: caule erecto.

α. Glabriuscula; foliis bracteolisque carina pilosis; capsulis verrucosis glabris.

E. platyphyllos. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Smith Br.** – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Savi B. Etr.* 1. *p.* 142.* Titymalus platyphyllos. *Fuchs. H.* 413. – *J. B. H.* 3. *p.* 360.

β. Tota villoso-pubescens: capsulis verrucosis, pilosis.

E. pubescens. *Vahl.* – *Desf. Atl.* 386. – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.*

Species in pratis humidis, ad fossas abunde circa urbem; varietas in maritimis: *a Fiumicino, etc.* Ann. Floret Junio. Fl. luteoli, calycinis lobis 4, rotundatis.

Folia, superiora saltem, basi sub-cordata. Quae ad marinum litus exemplaria legimus ad varietatem nostram β spectantia ob densam pubescentiam, et folia ut plurimum latiuscula diversissima a specie primo intuitu videbantur. Sedula vero observatio suasit plantam hanc mirum in modum pro ratione soli variam pubescentiam induere, quod et summae notae Botanici confirmarunt. Insuper bracteolarum et foliorum proportiones in speciei etiam exemplaribus varias videre datum fuit, et caulem modo simplicem, modo ramosissimum invenimus.

554. Spinosa. *L.* Umbella sub-quinque-fida simplici; bracteolis ovatis; foliis oblongis integerrimis; caule fruticoso, ramis senescentibus sub-spinosis: capsulis verrucosis, glabris.

E. spinosa. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC Syn.* – *Savi B. Etr.* 1. *p.* 143.* Titymalus ragusinus flore luteo

pentapetalo. *Herm. Lugd.* 600. *t.* 601. Esula frutescens, sive Pithyusa Romanorum. *Barr. ic.* 197.

In montium siccis. *A Tivoli presso S. Antonio, sul Monte Gennaro*... Perenn. Floret Martio–Junio. Fl. luteoli, calycinis lobis 5, integris.

555. Palustris. *L.* Umbella multifida, sub-trifida, bifida; bracteolis ovatis, obtusis: foliis lanceolatis, glabris: ramis pluribus sterilibus: capsulis verrucosis glabris.

E. palustris. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Titymalus palustris fruticosus. *Moris. H.* 3. *s.* 10. *t.* 2. *f.* 1. E. major. *Dod. Pempt.* 374.

In palustribus, pratis udis. *Presso Ostia, a Castel Fusano*... Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. luteoli, calycinis lobis integris.

DODECANDRIA PENTAGYNIA.

(216) GLINUS.

556. Lotoides. *L.* Caule piloso, foliis obovatis. *Loefl. it.* - *W. Sp.* - *Pers. E.*

Alsine lotoides Sicula. *Bocc. Sic.* 21. *t.* 11. - *Moris. H.* 2. *p.* 552. Portulaca baetica luteo flore, spuria, aquatica. *Barr. rar.* 478. *t.* 336.

In inundatis. *Alle Paludi pontine*. Legit et communicavit benevole doctissimus Moricandius. Ann. Flores lutei.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA. *)

ORD. MONOGYNIA.

(217) *MYRTUS*. *Calix 5-fidus, superus*. *Petala* 5. *Bacca ovata, 2-3-locularis, loculis 1-5-spermis*.

(218) *PRUNUS*. *Calix 5-fidus, inferus*. *Petala* 5. *Drupa carnosa, laevis, pulvere glauco obtecta; nucleus ovatus, subcompressus, margine sulcato, anguloso*.

(219) *CERASUS*. *Calix 5-fidus, inferus*. *Petala* 5. *Drupa succulenta, laevis, nitida; nucleus subrotundus, sutura prominula*.

ORD. DIGYNIA.

(220) *CRATÆGUS*. *Calix 5-fidus, superus*. *Petala* 5. *Pomum 2-5-spermum, farinosum*. *Semina ossea*. *Styli duo, interdum 1, aut 5*.

(221) *SORBUS*. *Calix 5-fidus, superus*. *Petala* 5. *Pomum 2-3-spermum*. *Semina cartilaginea*. *Styli 2-3*.

ORD. PENTAGYNIA.

(222) *MESPILUS*. *Calix 5-fidus superus, laciniis (saepius) foliaceis, serratis*. *Petala* 5. *Pomum 5-spermum, carnosum*. *Semina ossea*. *Styli 5.-Folia indivisa*.

(223) *PYRUS*. *Calix 5-fidus, superus*. *Petala* 5. *Pomum turbinatum, apice umbilicatum, 5-loculare, loculis dispermis*. *Semina cartilaginea*. *Styli 5, basi liberi*.

(224) *MALUS*. *Calix 5-fidus, superus*. *Petala* 5. *Pomum sphaeroideum, basi et apice umbilicatum, 5-loculare, loculis dispermis*. *Semina cartilaginea*. *Styli 5, basi coaliti, saepius hirsuti*.

(225) *SPIRÆA*. *Calix 5-fidus, patens, inferus*. *Petala* 5. *Capsulae 3-12, intus bivalves 1-3-spermae*.

ORD. POLYGYNIA.

(226) *ROSA*. *Calix urceolatus, collo coarctatus, limbo 5-partitus laciniis foliaceis*. *Ovaria monostyla plurima, dein semina hispida intra calycis tubum bacciformem*.

*) Stamina plura quam 19 calyci vel corollae, nec thalamo inserta.

(227) *RUBUS*. *Calix 5-fidus*. *Petala 5*. *Bacca supera*, *composita acinis monospermis*.
(228) *FRAGARIA*. *Calix 10-fidus*, *inferus*. *Petala 5*. *Semina nuda*, *affixa receptaculo demum accreto*, *ovoideo*, *pulposo*, *deciduo*.
(229) *POTENTILLA*. *Calix 10-fidus*, *inferus*. *Petala 5*. *Semina nuda*, *affixa receptaculo parvo exsucco*, *persistenti*.
646. VIRIDIS. *L.* Spicis interruptis, acutis : staminibus exertis : pedicellis glabris : foliis lanceolatis, serratis, sessilibus, nudis.

M. viridis. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* M. hortensis tertia, et quarta. *Dod. Pempt.* 95.

In humidioribus, secus vias non infrequens, in hortis culta, vulgo : *menta romana*. Perenn. Floret Augusto. Fl. purpurascentes.

647. HIRSUTA. *Tr. of. Linn. Soc. v.* 5. Floribus capitatis verticillatisve, foliis petiolatis subsessilibusve, ovatis,

serratis, pubescentibus: calyce hirsuto; pedicellis retrorsum hispidis.

M. hirsuta. *Smith Br.** (excl. syn. *M. sativae* L. etc.). - *DC. Syn.* M. aquatica. *Pers. E.* M. aquatica et M. hirsuta. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Lois. G.*

In aquosis minus frequens. *Presso la sponda del Tevere fuori di Porta del Popolo*.... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurascentes. - Odor camphoratus.

648. Pulegium. *L.* Floribus verticillatis, calyce villis clauso: foliis ovatis, obtusis, sub-crenatis: caulibus repentibus.

M. pulegium. *All. Ped.* - *Smith. Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Pulegium. *Fuchs. H.* 198. - *J. B. H.* 3. *p.* 256. M. aquatica sive Pulegium vulgare. *Hort. Rom.* 3. *t.* 49.

In humidis, ad Tyberis ripas frequens. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurascentes, staminibus exertis.

(255) GLECOMA.

649. Hederacea. *L.* Foliis petiolatis, cordato-reniformibus, crenatis: verticillis dimidiatis.

Gl. hederacea. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 142.

In umbrosis, ad sepes circa urbem, et in montosis. *A Villa Pamfili copiosamente, etc.* Vulgo: *edera terrestre*. Perenn. Floret Aprili. Fl. purpureo-violacei.

(256) LAMIUM.

650. Orvala. *L.* Corollae labio superiore dentato, fauce dilatata; foliis cordatis inaequaliter dentatis; caule laevi.

L. orvala. *All. Ped.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* L. pannonicum. *Scop. Carn. t.* 27. Galeopsis maxima pannonica. *Clus. H.* 2. *p.* 35. L. montanum saxatile ferme glabrum, etc. *Till. Pis. t.* 34. *f.* 1.

In montanis sylvis. *Sul Monte Gennaro*.... Perenn. Floret Junio. Fl. purpurei, antheris villosis.

651. Laevigatum. *L.* Foliis cordatis, rugosis, serratis, petiolatis: caule sub-laevi: calycibus glabris longitudine tubi corollae; verticillis sub-6-floris. *DC. Syn.*

L. laevigatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* L. subrotundo rugoso folio, flore rubro. *Bocc. mus.* 2. *t.* 23. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 34.

In viis, ad sepes ubique. Perenn. Floret Martio-Junio. Fl. purpurascentes.

Corolla labio inferiore patente, nec lobis reflexis parallelis. *W. l. c.*

652. Maculatum. *L.* Foliis cordatis, acuminatis, serratis, petiolatis: verticillis 10-floris. *DC. Syn.*

L. maculatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* L.

Plinii montanum Campoclarensium. *Col. ecphr.* 1. *p.* 190. *t.* 185.

In umbrosis sylvaticis, ad sepes commune. Perenn. Floret Aprili–Junio. Fl. purpurei.

Folia saepe linea longitudinali alba superius notata. Corolla intensius purpurea quam in praecedente, fauce utrinque dentibus binis, superiore setaceo: labium superius denticulatum, inferius lobis lateralibus deflexis. –Odor saepe moschatus.

653. Album. *L.* Foliis cordatis, acuminatis, serratis, petiolatis, verticillis 20-floris. *L.* - *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*

Galeopsis. *Camer. Epit.* 865. - *Rivin. t.* 62.

In umbrosis, ad sepes haud infrequens. Vulgo, cum binis praecedentibus; *Urtica morta*. Perenn. Floret Majo. Fl. albi vel carnei.

654. Bifidum. *Cyr. Rar. Fasc.* 1. *p.* 22. *t.* 7. (opt.). Corollae galea bifida, laciniis divaricatis, foliis petiolatis, cordatis, inciso-crenatis.

L. bifidum. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 144.* L. parvum flore albo, cum labio superiori bifido. *Till. Pis.* 93.

In umbrosis herbidis, ad sepes frequens. Ann. Floret Martio. Fl. albi.

Folia ut plurimum linea longitudinali argentea superius notata.

655. Purpureum. *L.* Corollae galea obtusa, sub-emarginata; calycibus aristatis: foliis cordatis, obtusis, crenatis, petiolatis; supremis confertis, acutiusculis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 143.*

L. purpureum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Urtica iners altera. *Dod. Pempt.* 163.

In umbrosis, ad sepes vulgare. Ann. Floret Martio, Aprili. Fl. albido-purpurascentes. –Folia pallida.

656. Amplexicaule. *L.* Corollae galea obtusa, integra; foliis sessilibus rotundatis, crenato-incisis; infimis petiolatis, cordatis, lobatis.

L. amplexicaule. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 144.* L. folio caulem ambiente. *Lob. ic.* 463.

In vineis, cultis, ruderatis commune. Ann. Floret Martio, Aprili. Fl. pulchre purpurei.

(257) GALEOPSIS.

657. Ladanum. *L.* Calycibus pubescentibus, dentibus subulato-spinulosis, patulis; verticillis remotis, caule pubescente geniculis vix incrassatis; foliis lanceolatis, subserratis.

G. ladanum. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois.*

G. - DC. Syn. Ladanum segetum flore rubro. J. B. II. 3. p. 859.

In montium messibus, et in urbe ad Tyberim. A ripetta .... Ann. Floret Julio, Augusto. Fl. rosei.

(258) BETONICA.

658. Officinalis. L. Spica interrupta; corollae galea integra; labii inferioris lacinia intermedia emarginata; calycibus glabriusculis; foliis cordato-oblongis, crenatis. Savi B. Etr. 2. p. 146.

B. officinalis. All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E.- Lois. G. - DC. Syn. B. Dod. Pempt. 40.

In sylvaticis prope urbem, et in montosis communis. Off. betonica. Perenn. Floret Julio. Fl. rubelli.

(259) STACHYS.

659. Sylvatica. L. Verticillis 6-8-floris: foliis cordato-ovatis, acutis, serratis, petiolatis: caule erecto, hirto.

St. sylvatica. All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E.-Lois G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p. 146. Galeopsis legitima. Clus. II. 2. p. 85. G. procerior foetida spicata. Hort. Rom. 3. t. 39.

In umbrosis sylvaticis, ad sepes vulgaris circa urbem. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. sanguinei.

660. Palustris. L. Verticillis sub-8-floris: foliis oblongo-lanceolatis, serratis, semi-amplexicaulibus; caule erecto, hirto.

St. palustris. All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E.- Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p. 147. St. aquatica. Tabern. ic. 577.

Ad ripas Tyberis, et ad fossas circa Romam frequens. Perenn. Floret Julio. Fl. purpurei inferiore labio variegato.

661. Germanica. L. Verticillis multifloris, densissime villosis, sub-spicatis: foliis tomentosis, cordato-oblongis, crenatis, petiolatis; superioribus lanceolato-oblongis subserratis, sessilibus: caule lanato.

St. germanica. All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p. 150. St. montana. Riv. monop. t. 27. St. alba latifolia major. Barr. ic. 297.

In aggeribus viarum, et ad oras nemorum frequens. A Tor di Quinto, Ponte Salara, Prata-lata, presso la grotta di Egeria, etc. Perenn. Floret Junio, Julio. Corolla purpurea labio superiore villosissimo.

Caulis saepe basi ramosus, superne densius albo-villosus; folia tomenti densitate varia, albicantia.

662. Maritima. L. Verticillis sub-6-floris: foliis tomentosis, radicalibus petiolatis ellipticis crenatis, floralibus oblongis, integerrimis: corollis calyce mutico duplo longioribus.

St. maritima. W. Sp. - Pers. E.- Lois. G.- DC. Syn. Bocni-

ea heraclea latifolia Dioscoridis. *Bocc. mus.* 2. *p.* 164. t. 127.

In arena maritima. *Presso Civitavecchia*. Perenn. Floret Junio. Fl. lutei.

663. Hirta. *L.* Verticillis 6-floris: corollae galea divaricato-bifida: foliis cordatis, crenatis; inferioribus obtusis, petiolatis; floralibus apice spinescentibus.

St. hirta. *All. Ped.* 113. *t.* 2. *f.* 3.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 148.* Ocymum valentinum. *Clus. H.* 2. *p.* 42.

In sylvaticis collibus circa urbem frequens. *Copiosamente sul Monte Mario....* Perenn. Floret Majo, Junio. Corolla alba, labio inferiore luteolo punctis purpureis.

Caulis adscendens vel erectus. Calyces spinulosi.

664. Recta. *L.* Verticillis 6-floris, sub-spicatis: foliis crenatis; inferioribus ellipticis, lanceolatisve, obtusis, in petiolum attenuatis; superioribus oblongis, acutiusculis: caule adscendente.

St. recta. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 149. St. sideritis. *Vill. Dauph.* - *DC. Syn.* Sideritis hirsuta vulgaris. *J. B. H.* 3. *p.* 425. (male). - *Rivin. t.* 70.

In montium sterilibus, ad vias. *Intorno Palombara, etc.* Perenn. Floret Julio-Septembri. Fl. flavescentes, lineolis rufis.

Folia forma varia; margine dentata, serrata, vel crenata; suprema floralia sub-integerrima.

665. Arvensis. *L.* Verticillis 6-floris; calycibus corollam subaequantibus; foliis ovatis obtusis, cordatis, crenatis; caule debili piloso.

St. arvensis. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 147. St. arvensis minima. *Riv. Mon. irr. t.* 27. *f.* 2

In arvis sterilissimis. *A Bravetta verso il Pigneto di Bichi*. Ann. Floret Aprili, Majo. Corolla carnea, calix rufescens.

(260) MARRUBIUM.

666. Peregrinum. *L.* Calycibus 5-dentatis, dentibus subulatis; foliis incano-tomentosis, rugoso-venosis, ellipticis, dentatis, dentibus apicem versus majoribus.

M. peregrinum. *W. Sp.* - *Pers. E.* M. alterum pannonicum. *Clus. H.* 2. *p.* 34.

In montium siccioribus, ad vias. *A Santo Polo, sui Cimini...* Perenn. Floret Augusto. Fl. albi.

Pro sequente in officinis nostris sumitur. Odore magis aromatico gaudet.

667. Vulgare. *L.* Calycibus 10-dentatis, dentibus setaceis,

uncinatis, foliis ovato-subrotundis, rugoso-venosis, crenatis.

M. vulgare. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 152. M. album. *Lob.* ic. 517. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 59.

In siccis praesertim montium, ad vias frequens. Off. *Marrubio bianco*. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi.

(261) BALLOTA.

668. Nigra. *L. Sp. ed.* 1. Foliis ovatis, sub-cordatis, aequaliter serratis.

B. nigra. *Huds.* - *Smith Br.* - *Lois. G.* B. foetida. *Lam. Fl. Fr.* - *DC. Syn.*

α. Flore purpureo; foliis sub-cordatis.

B. nigra. *L. Sp. ed.* 2. - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* Marrubium nigrum foetidum. *C. B. P.* 230. Ballote. *Tourn. Inst.* 185. *t.* 85. *f.* 3. - *Vaill. Par.* 20. B. Dioscoridis. *Hort. Rom.* 3. *t.* 35.

β. Flore albo; foliis sub-ovatis: verticillis paucifloris.

B. alba. *L. Sp. ed.* 2. - *W. Sp.* - *Pers. E.* Ballote flore albo. *Tourn. Inst.* 185. - *Vaill. Par.* 20. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 35.

Ad sepes, vias vulgaris; varietas *β fra il Colosseo e l'Arco di Costantino* .... Perenn. Floret Junio-aestate.

Dentes calycini in utraque varietate acuminati, in *β* majores, magis patentes.

(262) PHLOMIS.

669. Herba-venti. *L.* Foliis ovato-lanceolatis, serratis, subtus hirtis; calycinis dentibus lanceolato-subulatis, erectis: bracteis subulatis cauleque hirtis. *DC. Syn*

Ph. herba-venti. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Herba venti monspeliensium. *J. B. H.* 3. *p.* 854. Ph. narbonensis hormini folio, etc. *Hort. Rom.* 3. *t.* 17.

In subapenninis montibus ad margines haud infrequens. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurascentes.

Sect. III. Corolla bilabiata: calyx bilabiatus.

(263) CLINOPODIUM.

670. Vulgare. *L.* Caule simplici: foliis ovato-lanceolatis, subdentatis villosis: floribus verticillatis, sub-capitatis; bracteis setaceis, hispidis.

Cl. vulgare. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 154.* Cl. origano simile. *Hort. Rom.* 3. *t.* 65.

In viis sylvaticis, ad oras nemorum vulgatum. Perenn. Floret tota aestate. Corolla intense rosea.

(264) ORIGANUM.

671. Vulgare. *L.* Capitulis paniculatis glomeratis, subrotundis; calycibus fauce pilosis: bracteis ovatis coloratis calyce longioribus: foliis ovatis.

O. vulgare. *All.Ped.* - *Smith Br.* - *W.Sp.* - *Pers.E.* - *Lois.G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 155. O. sylvestre sive vulgare. *Dod. Pempt.* 284. - *Fuchs. H.* 552. - *Rivin. t.* 60. O. sylvestre cunila bubula Plinii. *Hort. Rom.* 3. *t.* 75.

In collibus, arvis siccis, sylvaticis commune. Vulgo: *regamo*. Perenn. Floret Julio. Fl. purpurascentes.

(265) THYMUS.

672. Serpillum. *L.* Floribus capitatis: foliis planis ovatis, obtusis, basi ciliatis: caulibus decumbentibus. *Smith Br.**

Th. serpillum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 155. Serpillum vulgare. *Dod. Pempt.* 276. - *Vaill. Par. t.* 32. *f.* 7, 8, 9. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 69.

In apricis siccioribus, ad oras nemorum communis. *In Villa Medici*, *Villa Pamfili*, *Borghese*, *etc.* Vulgo: *serpollo*. Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. purpurascentes.

673. Acinos. *L.* Verticillis 6-floris, pedunculis simplicibus: corollis calyce gibboso duplo longioribus: foliis ovato-acutis antice serratis: caule adscendente basi ramoso.

Th. acinos. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 65. - *Savi Bot. Etr.* 2. *p.* 156. Calamintha arvensis. *Savi Pis.* 2. *p.* 62. Acinos vulgaris. *Pers. E.* A. multis. *J. B. H.* 3. *p.* 259.

β. *Lois. G.* Major, hirsuto-villosus: caule ramosissimo; foliis ovatis, corollis calyce duplo longioribus.

A. villosus. *Pers. E.*

In montium siccis, arenosis, saxosis. *Sul Monte Cavi*, *etc.* β *presso Tivoli*, *Palombara*, *Santo-Polo in gran copia*. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. sub-violacei.

674. Calamintha. *Smith Br.* Pedunculis multifloris, dichotomis, verticillatim dispositis: villis calycinis inclusis; foliis ovatis obtusis, serratis, sub-hirsutis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 157.

Th. calamintha. *W. En. Hort. Ber.* - *DC. Syn.* Melissa calamintha. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Calamintha. *Dod. Pempt.* 98.

In montibus ad vias vulgaris. *Ad Albano*, *Frascati*, *Tivoli*, *etc.* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpureo-violacei.

Calycis dentes bini inferiores longiores, ciliati. -Odor gratus.

675. Nepeta. *Smith Br.* Pedunculis multifloris, dichotomis, verticillatim dispositis: villis calycinis prominentibus, foliis ovato-obtusis, crenatis, sub-hirsutis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 157.

Th. nepeta. *W. En. H. Ber.* - *DC. Syn.* Melissa nepeta. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Pulegium sylvestre s. Calamintha altera. *Dod. Pempt.* 98.

In siccis, viis ubique. Vulgo: *mentuccia*. Perenn. Floret aestate tota. Fl. albi, sub-carnei.

Calycis dentes bini inferiores reliquis parum longiores. – Odor acris Pulegii.

(266) MELISSA.

676. Officinalis. *L.* Verticillis dimidiatis, subsessilibus: foliis ovato-sub-cordatis, acutis, crenatis, pilosis.

M. officinalis. *All. Ped.* – *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* M. officinalis. *Pers. E.* M. vulgaris odore citri. *J. B. H.* 3. *p.* 232.

β. Hirsuta; foliis cordatis ovatisque, ramis ex axillis floriferis.

M. cordifolia. *Pers. E.*

In sylvaticis, ad sepes ubique frequens, β praesertim (quae tota robustior). Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi.

(267) MELITTIS.

677. Melissophyllum. *L.* Calyce piloso trilobo; lobo superiore majore integro vel bidentato: foliis oppositis.

M. melissophyllum. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 158. Melissa humilis latifolia. *Hort. Rom.* 3. *t.* 63. Herba sacra quorumdam. *Dalech. H.* 1336.

In umbrosis montium abunde. *Presso Albano*, *Rocca di Papa*, *etc.* Perenn. Floret Majo-Julio. Fl. albi, carnei sanguineo maculati.

(268) SCUTELLARIA.

678. Minor. *L.* Foliis ovato-lanceolatis, basi cordatis, hastatisve, sub-integerrimis: floribus axillaribus geminis secundis.

Sc. minor. *All. Ped.* 144.* – *Smith Br.** - *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* - *DC. Syn.* Cassida palustris minima flore purpurascente. *Raii Syn.* 244.

Ad Tyberis ripas. *Ad Acqua acetosa*, *Ponte Molle*, *etc.* Perenn. Floret Julio. Fl. rubicundi.

Folia margine integerrima, nec crenata; inferiora saepe basi utrinque unidentata.

679. Columnae. *All. Ped.* 145 *t.* 84. *f.* 2.* Foliis pubescentibus cordatis, obtuse serratis: racemis elongatis, secundis; floribus internodio longioribus.

Sc. Columnae. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 2. *p* 51. Cassida. *Col. ecphr.* 1. *p.* 187. *t.* 189.

In sylvaticis, umbrosis montium communis. Perenn. Floret Junio-Julio. Fl. coeruleo-violacei.

(269) PRUNELLA.

680. Vulgaris. *L.* Caule adscendente; foliis petiolatis, ovato-oblongis, basi sub-dentatis: calycis labio superiore dilatato, truncato, trisetoso.

P. vulgaris. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.** – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *Savi B. Etr.* 2. *p.* 159. Brunella vulgaris. *DC. Syn.* B. major folio non dissecto. *Hort. Rom.* 3. *t.* 52. B. *Dod. Pempt.* 136. – *Rivin. t.* 29.

In aggeribus, sylvaticis vulgaris. Perenn. Floret Aprili-Julio. Fl. violacei.

681. Laciniata. *L.* Foliis petiolatis, ovato-oblongis; superioribus lanceolatis, dentatis pinnatifidisque: calycis labio superiore trilobo, lobis brevissimis obtusis mucronatis. *DC. Syn.* (sub Brunella).

P. laciniata. *All. Ped.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* P. grandiflora *β. W. Sp.* Brunellae altera icon. *Dod. Pempt.* 136. B. folio laciniato. *Rivin. t.* 30. – *Hort Rom.* 3. *t.* 31.

In sylvaticis communis. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albidi.

(270) PRASIUM.

682. Majus. *L.* Foliis ovato-oblongis, serratis. *L.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Savi B. Etr.* 1. *p.* 164.*

P. majus. *H. Rom.* 3. *t.* 37. Teucrium fruticans albo et amplo flore italicum. *Barr. ic.* 895.

In vetustis muris, rupibus maritimis. *Copiosamente sul Sepolcro di Cecilia Metella, sul Colosseo, intorno al Porto di Trajano, etc.* Frutic. Floret Junio. Fl. albi.

Folia apice cuspidata, suprema integerrima.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

(271) VERBENA.

683 Officinalis. *L.* Spicis filiformibus paniculatis; foliis lyrato-pinnatifidis, incisis; caule erecto. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 101.

V. officinalis. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* V. communis coeruleo flore. *Hort. Rom.* 3. *t.* 56. Verbenaca recta. *Dod. Pempt.* 150.

In pascuis, viis ubique. Vulgo: *vermena*, *erba di S. Giovanni*. Perenn. Floret aestate. Fl. purpureo-coerulei.

(272) VITEX.

684. Agnus-castus. *L.* Foliis digitatis, septenatis quinatisve, foliolis lanceolatis sub-integerrimis; spicis verticillatis, paniculatis. *DC. Syn.*

V. agnus-castus. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *Savi Tr. d. alb.* 1. *p.* 233. Agnus castus officinarum. *Lob. ic.* 2. *p.* 138. V. *Dodon. Pempt.* 774.

In paludosis maritimis. *A Terracina, presso Ostia, Civitavecchia...* Arb. Floret Julio. Fl. purpurei, sub-coerulei, vel albi.

(273) EUPHRASIA.

685. Pratensis. *Nob.* Viscoso-pubescens: caule erecto simplici; foliis lanceolatis, acuminatis, serratis; superiori-

bus alternis : floribus axillaribus, solitariis, laxe spicatis : antheris hirsutis.

Bartsia viscosa. *L.* - *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Rhinanthus viscosa. *Enc.* - *Savi Bot. Etr.* 1. *p.* 165.* R. maxima. *Desf. Fl. Atl.* Pedicularis lutea viseosa serrata pratensis. *Tourn. Inst.* 172. Alectorolophos Italica luteo-pallida. *Barr. ic.* 665.

In maritimis, collibus pratisque aridis circa urbem frequens. *A Villa Borghese nel Circo, al Pigneto-Sacchetti, Ostia, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. flavi.

Calix et fructus omnino Euphrasiae. Antherae in hac uti et in pluribus hujusce generis acuminatae, non aristatae.

Caulis quandoque superne ramosus.

686. Latifolia. *L.* Caule erecto sub-simplici : foliis margine revolutis ovatis dentatis; floralibus palmato-incisis : floribus spicatis; labii inferioris corollae laciniis obtusis.

E. latifolia. *All. Ped.-W. Sp.-Pers. E.-Lois. G.-DC Syn.-Savi B. Etr.* 2. *p.* 162. E. tertia latifolia pratensis. *Col. ecphr.* 200. *t.* 202. *f.* 2. E. vulgaris latifolia atro-purpurea. *Barr. ic.* 276. *f.* 3.

In pascuis, pratis circa urbem vulgatissima. Ann. Floret Martio, Aprili. Fl. purpurei, vel albi.

687. Officinalis. *L.* Caule erecto, sub-ramoso : foliis ovatis, argute dentatis; laciniis labii inferioris corollae emarginatis.

E. officinalis. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 162.*

In montosis pascuis. *Sul Monte Gennaro ....* Ann. Floret Junio. Fl. albi.

688. Odontites. *L.* Foliis lanceolatis, serratis; racemis spiciformibus laxifloris; bracteis flore longioribus. *Bertol. Opusc. Scient. Bol. Fasc.* 3. *p.* 153. (sub Bartsia Odontitide).*

E. odontites β verna. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* E. verna. *Bellard. App. ad Fl. Ped.* - *DC. Fl. Fr.* 6. Bartsia odontites. *Smith Br.* B. verna. *Bertol. Rar. It. Pl. D.* 3. *p.* 28.* Euphrasia altera. *Dod. Pempt.* 55. - *Lob. ic.* 496.

In montium sylvaticis. *Intorno a Castel Gandolfo, nei castagneti di Monte Compatri ...* Ann. Floret Majo ad mediam aestatem. Fl. purpurascentes. - Sequente major.

689. Serotina. *Lam. Fl. Fr.* 2. Foliis lanceolatis, serratis; racemis spiciformibus densifloris; bracteis flore brevioribus. *Bertol. Opusc. Scient. Bol. Fasc.* 3. *p.* 153. (sub Bartsia serotina).*

E. odontites β. *L.* E odontites. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 163, *et plurium. auct.* E. sylvestris major purpurea. *Col. ecphr.* 1. *p.* 202. - *Barr. ic.* 276. *f.* 2. (utr. haud bene).

In campis, arvis vulgaris. Ann. Floret Septembri, Octobri. Fl. purpurascentes.

Folia valde minora, et angustiora quam in praecedente: bracteae flore minores vel subaequales.

690. Lutea. *L.* Foliis linearibus serratis; floralibus integerrimis, racemis spiciformibus subsecundis; calycibus pubescentibus: corollae labio inferiore laciniis lateralibus denticulatis.

E. lutea. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* E. lutea montana angustifolia major altera. *Col. ecphr.* 1. *p.* 204. *t.* 203. E. pratensis lutea. *Moris. H.* 3. *p.* 432. *t.* 24. *f.* 16.

In aridis colliuis circa urbem et in montanis. *Alla Valle dell' Inferno*, *etc.* Ann. Floret Septembri. Fl. lutei.

(274) BARTSIA.

691. Versicolor. *DC. Syn.* Pubescens: caule sub-simplici; foliis oppositis lineari-lanceolatis, profunde obtuse dentatis; bracteis conformibus basique ampliatis: spica terminali brevi, floribus confertis.

B. versicolor. *Pers. E.* Rhinanthus versicolor. *Desf. Atl.* - *W. Sp.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 166.* Rh. versicolor *β. Lam. Enc.* Alectorolophos italica versicolor, spicata. *Barr. ic.* 666.

In collibus circa urbem frequens. *Alla Passeggiata del Pincio*, *al Pigneto-Sacchetti*, *etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albo roseoque variegati, labio inferiore flavescente.

692. Maxima. *DC. Syn.* Pubescens: caule ramoso; foliis oblongo-lanceolatis, remote grosse dentatis; superioribus alternis; bracteis ovato-acuminatis sub-integris; spicis terminalibus, elongatis, tetragonis; floribus imbricatis.

B. maxima. *Pers. E.* Rhinanthus maximus. *W. Sp.* - *Lois. G.* Rh. versicolor *α. Lam. Enc.* Bellardia Trixago. *All. Ped. n.* 200. (excl. syn.). Trixago altius serratis foliis. *Barr. ic.* 774. *n.* 2.

In arvis sterilibus a meridie et ab occidente urbis frequens. *Sulla Via Appia alla Selce, Fioranello*; *sui colli di Ponte Calera*, *etc.* Ann. Floret Junio. Fl. albido-luteoli, vel purpurascentes.

(275) RHINANTHUS.

693. Crista-galli. *L.* Caule recto, sub-simplici, glaberrimo; foliis lanceolato-oblongis, dentatis, floribus sub-spicatis; calycibus glaberrimis.

Rh. crista-galli. *W. Sp.* - *Smith Br.* - *Lois. G.* Rh. glabra. *DC. Syn.* Alectorolophus glaber. *All. Ped.* 206. Crista galli foemina. *J. B. H.* 3. *p.* 436. Pedicularis pratensis lutea. *Hort. Rom.* 3. *t.* 6.

In montanis pascuis: *Sul Monte Cavi*, *Monte Gennaro* .... Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei coeruleo maculati.

694. Hirsuta. *Lam. Fl. Fr.* Caule sub-hirsuto; foliis lanceolato-oblongis dentatis; floribus sub-spicatis; calycibus hirsutis. *Lois. G.* (sub Rh. alectorolopho).

Rh. hirsuta. *DC. Syn.* Rh. alectorolophus. *Poll. Pal.* 580., *et pl. auct.* Rh. villosus. *Pers. E.* Rh. crista-galli γ. *W. Sp.* Crista-galli mas. *J. B. H.* 3 *p.* 436.

In Sabinae montibus. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei coeruleo maculati.

(276) MELAMPYRUM.

695. Arvense. *L.* Spicis conicis laxis; bracteis dentato-pinnatifidis, coloratis: calycinis dentibus scabris.

M. arvense. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Riv. t.* 79. M. purpurascente coma. *Hort. Rom.* 3. *t.* 8. Triticum vaccinum. *Dod. Pempt.* 541.

In montium messibus abunde. *Presso Tivoli*, *etc.* Ann. Floret Junio. Fl. purpurei, fauce flava: bracteae purpureae.

(277) LINARIA.

696. Cymbalaria. *Mill.* Foliis cordatis quinquelobis, alternis, glabris; caulibus procumbentibus. *DC. Syn.*

L. Cymbalaria. *W. En.* Antirrhinum Cymbalaria. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 169. Cymbalaria floribus purpurascentibus. *J. B. H.* 3. *p.* 685.

In murorum fissuris ubique. Perenn. Floret Aprili-Junio. Fl. albidi violaceo striati, palato luteo.

697. Pilosa. *DC. Fl. Fr.* Foliis reniformibus, crenatis, pilosissimis, alternis; caulibus procumbentibus. *DC. Syn.*

L. pilosa. *W. En.* - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 50. Antirrhinum pilosum. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* L. clematitis saxatilis rotundo hederae folio hirsuta, etc. *Bonann. t.* 24.

Ad rupium fissuras in montosis. *Sul Monte Gennaro*, *sul Circello* .... Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. albido-subviolacei.

698. Elatine. *Desf. Atl.* Pilosa: foliis petiolatis; imis ovatis, oppositis; superioribus hastatis alternis: caulibus procumbentibus, pilosis.

L. elatine. *DC. Syn.* Antirrhinum elatine. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 168. Elatine foemina folio anguloso. *J. B. H.* 3. *p.* 372.

In agris communis. Ann. Floret Junio-Augusto. Fl. lutei galea violacea.

699. Spuria. *Mill.* Villosa: foliis petiolatis, ovato-subrotundis; inferioribus oppositis; superioribus alternis; caulibus procumbentibus.

L. spuria. *DC. Syn.* Antirrhinum spurium. *L. - All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* Elatine mas folio subrotundo. *J. B. H.* 3. *p.* 372.

In montium arenosis, et ad Tyberis ripas communis. Ann. Floret Julio, Augusto. Fl. flavi, galea atro-purpurea.

700. Purpurea. *Mill.* Foliis lanceolato-linearibus; inferioribus verticillatis, superioribus sparsis; caule erecto; racemis spiciformibus, elongatis, terminalibus.

Antirrhinum purpureum. *L. - W. Sp.* - Pers. E. - Lois G.* L. altera purpurea. *Dod. Pempt.* 183. L. alpina flore parvo purpureo, tithymali cyparissi folio. *Cup. Panph.* 2. *t.* 79.

In arvis, viis montium praesertim freqnens. *Copiosamente intorno Tivoli, Albano, etc.* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpureo-violacei, calcare extus curvato.

701. Pellisseriana. *DC. Syn.* Caule florifero erecto; foliis linearibus sparsis; surculorum sterilium foliis ovato-lanceolatis ternis: racemo terminali simplici; calcare recto flore longiore.

L. pellisseriana. *Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 84. Antirrhinum pellisserianum. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Lois. G.* A. pellisserianum. *Pers. E.* (?) Chamaelinaria violacea italica. *Barr. ic.* 1162.

In aridissimis arvis frequens. *Sui Colli del Pigneto-Sacchetti, della Caffarella, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. coeruleo-violacei.

702. Minor. *Desf. Atl.* Foliis lanceolatis, obtusis, pubescentibus, plerisque alternis; caule erecto, ramosissimo: floribus axillaribus, solitariis, pedunculatis; calcare acuto, brevi.

L. minor. *DC. Syn. - W. En. H. Ber.* Antirrhinum minus. *L. - All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 167. A. minus villosum, etc. *Barr. ic.* 758. A. minimum. *J. B. H.* 2. *p.* 465.

In agris arenosis montium, et circa urbem secus Tyberim frequens. *A Ponte Molle, Acqua-acetosa, etc.* Ann. Floret Junio, Julio. Fl. albido-violacei.

Folia ima opposita sub-spathulata.

703. Vulgaris. *Desf. Atl.* Foliis lanceolato-linearibus, confertis: caule crecto, racemis spiciformibus terminalibus: calycibus glabris calcare brevioribus.

L. vulgaris. *DC. Syn. - W. En. H. Ber.* Antirrhinum Linaria. *L. - All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 169. L. vulgaris lutea flore majore. *J. B. H.* 3. *p.* 456.

In campis, incultis communissima. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei, palato flavo.

704. Chalepensis. *Mill.* Foliis lanceolato-linearibus; inferioribus verticillatis: caule erecto: calycinis foliolis 4 corollae sub-aequalibus, quinto minori; calcare subulato elongato.

L. chalepensis. *DC. Syn. - W. En. Hor. Ber. - Bertol. Opusc. Scient. Bol. Fasc. 3. p.* 153.* Antirrhinum chalepense. *L. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* A. Osyris. *Cyrill. Neap. Fasc. 2. p. 21. t.* 9.* A. album. *Lam. Fl. Fr.* L. annua angustifolia, flosculis albis longius caudatis. *Triumph. Obs.* 87. (cum ic. pessima).

In marginibus circa urbem, et in montosis. *A Biofreddo* .... (Prope colles Farnesianos a Triumph.) Ann. Floret Junio. Fl. albi.

(278) ANTIRRHINUM.

705. Majus. *L.* Foliis lanceolatis oppositis alternisve; caule erecto; floribus racemosis: calycinis segmentis glanduloso-pilosis, ovatis, obtusis.

A. majus. *All. Ped. - W. Sp. - Smith Br*. - Lois. G. - Savi B. Etr. 2. p.* 165.* - *Pers E.* (err. sub Orontio). A. tortuosum. *Enc.* A. siculum β tortuosum. *Pers. E.* (err. sub Orontio). A. majus angustifolium romanum. *Barr. ic.* 638. - *Hort. Rom. 3. t.* 2. A. *Dod. Pempt.* 182.

Ad muros ubique communis. Perenn. Floret Aprili ad aestatem. Fl. purpurei.

Colore florum, pubescentia, et praesertim foliorum figura variat. Synonimon Barrelieri, aeque ac Horti Romani varietatem refert in urbe vulgatissimam foliis angustioribus glabrioribus, quae a specie non videtur separanda.

706. Orontium. *L.* Foliis inferioribus lanceolato-oblongis, oppositis; superioribus linearibus alternis: caule erecto; floribus axillaribus, calycinis segmentis lineari-lanceolatis corollam aequantibus.

A. orontium. *All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Lois. G. - Savi B. Etr. 2. p.* 167. - *Pers. E.* (err. sub Orontio arvense). A. sylvestre s. Phyteuma. *Dod. Pempt.* 182. A. minus flore albo amplo flore. *Barr. ic.* 656. A. flore albo oris rubris. *Hort. Rom. 3. t.* 1.

In ruderatis, vineis, agris vulgare. Ann. Floret Junio-Augusto. Fl. sub-carnei labiis rubro pictis. -Venenata planta. *Pers. l. c.*

(279) SCROPHULARIA.

707. Nodosa. *L.* Foliis cordato-lanceolatis, acutis, serratis, opacis: caule acute tetragono, petiolis arcte decurrentibus; stylo exerto, deflexo

Sc. nodosa. *All. Ped. - Smith Br*. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p.* 169. Sc. *Dod. Pempt.* 50. - *Camer. Epit.* 866.

In umbrosis, sylvaticis frequens. *Da Albano a Palazzuola, etc.* Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. viridi-luteoli, labio superiore atropurpureo. -Radix tuberosa granulata.

708. Aquatica. *L.* Foliis cordato-oblongis, obtusis, crenatis: caule petiolis late decurrentibus quadri-alato; stylo exerto, reflexo.

Sc aquatica. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p.* 170. Sc. aquatica major. *Hort. Rom. 2. t.* 89. Betonica aquatilis. *Dod. Pempt* 50.

In aquosis, ad fossas communis circa urbem. Perenn. Floret Majo. Fl atro-purpurei.

709. Vernalis. *L.* Foliis cordatis, duplicato-serratis, pubescentibus: pedunculis axillaribus, solitariis, dichotomis, foliolosis. *Smith Br.*

Sc. vernalis. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Sc. montana maxima latifolia. *Barr. ic.* 273.

In sylvaticis montanis. *Sul Monte Gennaro ....* Bienn. Floret Aprili-Junio. Fl. luteoli.

710. Peregrina. *L.* Foliis cordatis, acutis, dentatis, lucidis; pedunculis axillaribus 2-4-floris; stylo incluso.

Sc. peregrina. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p.* 171. Sc. flore rubro. *J. B. H. 3. p.* 422.

Secus vias in sub-humidis. *Intorno Roma, Tivoli, Albano, Civitavecchia, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurascentes.

711. Lucida. *L.* Foliis inferioribus bipinnatis, sub-carnosis, glaberrimis; racemulis bipartitis, bracteis oblongis; palato corollae subtus appendiculato. *DC. Syn.*

Sc. lucida. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Bivon. Sic. Cent. 2. p.* 50. Sc. saxatilis lucida, laserpitii massiliensis folio. *Bocc. Mus. 2. p.* 165. *t.* 117. Sc. cretica prima. *Clus. H. 2. p.* 209.

In elatioribus sub-apenninis. *Sul Monte Calvo presso Subiaco ....* Perenn. Floret Junio. Fl. pallide purpurascentes, labio superiore rubro. Calix margine membranaceo albo.

712. Canina. *L.* Foliis pinnatis; pinnis inciso-dentatis: panicula terminali, pedunculis bifidis; floribus breviter pedicellatis; squamula corollina nulla; stylo exerto inclinato.

Sc. canina. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr. 2. p.* 171. Ruta canina. *Lob. ic. 2. p.* 55. - *Clus. H. 2. p.* 209. Sc. ruta canina dicta. *Hort. Rom. 2. t.* 90.

In montium lapidosis. *Sopra Rocca di Papa, nel pascolare*

di Marino, *sui Cimini*, *etc.* Bienn. Floret Majo-Julio. Fl. atro-purpurei. -Calix margine membranaceo albo.

(280) DIGITALIS.

713. Lutea. *L.* Foliis glaberrimis lanceolato-oblongis; subdentatis; floribus racemosis imbricatis: calycis laciniis lanceolatis; corollis acutis labio superiore bifido.

D. lutea. *W. Sp.* - *Pers. E.* *Lois. G.* D. parviflora. *All. Ped.* - *Lam. Fl. Fr.* - *DC. Syn.* D. major lutea. *Hort. Rom.* 2. *t.* 88. D. lutea parva. *Lob. ic.* 573.

In umbrosis, ad sepes montium obvia; circa urbem non infrequens. *A Ponte Molle*, *Villa Madama*; *copiosamente intorno Albano*, *sul Monte Gennaro*, *etc.* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. pallide lutei.

714. Ferruginea. *L.* Foliis lanceolato-oblongis, sub-integerrimis; bracteis lanceolatis, glabris, calycis longitudine; calycinis laciniis glabris obtusissimis; corollae labii inferioris lacinia intermedia oblonga, hirsuta, concava.

D. ferruginea. *All. Ped.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* D. latifolia, etc. *Hort. Rom.* 2. *t.* 85.

In montium umbrosis. *Sulla Montagna di Viterbo per la via postale in copia* .... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. luteo-ferruginei.

Corollae labium inferius productum, barbatum. -Statura 6-pedalis.

(281) ACANTHUS.

715. Mollis. *L.* Foliis sinuato-pinnatifidis, inermibus.

A. mollis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - A. sativus. *Dod. Pempt.* 719. - *Hort. Rom.* 3. *t.* 13.

In collibus circa urbem frequens, et in Amphitheatro Flavio. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. albi.

(282) LATHRÆA.

716. Squamaria. *L.* Caule simplici: floribus racemosis pendulis; labio inferiore corollae trifido.

L. squamaria. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Anblatum cordi sive aphyllum. *J. B. H.* 2. *p.* 783. A. *Dod. Pempt.* 553. Dentaria. *Matth.* 964.

In sylvis opacis. *Nelle Macchie dell' Aricia* .... Perenn. Floret Majo. Fl. albo-purpurascentes.

(283) OROBANCHE.

A. Corollis 4-lobis; floribus unibracteatis.

717. Major. *L.* Caule simplissimo; corollis 4-fidis, inflatis; staminibus inferne glabris; stigmate bilobo, lobis distantibus; stylo superne pubescente. *DC. Syn.*

O. major. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* O. quarta. *Lob ic. p.* 269.

In nemoribus. *Presso i Cappuccini d' Albano*, *sul Monte*

Cavi, *intorno all'Anquillara*, *etc.* Perenn. Floret Majo-Julio. Fl. purpureo-rubiginosi, inodori.

718. Caryophyllacea. *Smith Act. Soc. Linn.* 4. *p.* 169.* Caule simplici; corolla inflata, fimbriato-crispa, labio inferiore laciniis obtusis aequalibus: staminibus intus basi hirsutis. *Smith l. c.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.*

O. vulgaris. *Lam. Dict.* 4. – *DC. Syn.* O. major garyophyllum olens. *Hort. Rom.* 3. *t.* 11. (male). Limodorum. *Dod. Pempt.* 552.

In cultis ad leguminum radices nimis frequens. Vulgo: *malerba*. Perenn. Floret Majo. Fl. albidi, rubro-lineati, caryophyllum olentes.

Orobanche major thyrso florum specioso Buxbaumii Cent. 3. p. 2. t. 2. huc videtur spectare.

719. Cruenta. *Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 56.* Caule simplici: corolla inflata, fimbriato-crispa; filamentis latere inferiore undique hirsutis; germinis apice, styloque pubescentibus. *Bert. l. c.*

O. caryophyllacea. *Viv. Ann. bot. P.* 2. *p.* 175.

β. Caule humiliore, 4-8-floro: stylo leviter piloso.

O. epithymum. *DC. Fl. Fr. n.* 2456. *et Syn.* (?). O. minor β. *Lois. G.* (?)

In Sabinis montibus sylvaticis. *Sul Monte Gennaro* ..... β *intorno alla solfatara di Tivoli* (parasitica ad radices *Thymi serpilli*.) Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. rubro-ferruginei, intus cruenti.

Pubescentia omnis apice glandulifera. „ Differt ab *O. majore* statim aspectu; staminibus latere interiore undique hirsutis, nec inferne nudis; corollae labio superiori emarginato-concavo, nec integro, margine reflexo: labio inferiore trilobo, lobis obtusis, medio paullo majori, nec trifido laciniis acutis aequalibus; demum colore florum. Ab *O. caryophyllacea* vero distinguitur filamentis ab imo ad summum latere interiore undique hirsutis, nec basi tantum: germine superne piloso, nec glabro: stigmatis lobis antice luteis, nec purpureis; colore floris; odore levissimo, fugacissimo.... „ *Bert. l. c.* In β etiam corolla inflata; stamina a basi ad apicem, leviter licet, pilosa, uti stylus.

720. Minor. *Sutton. Act. Soc. Linn.* 4. *p.* 179. Caule simplici; corolla tubulosa; staminibus inferne pilosis; stylo superne glabro, stigmate reflexo, retuso.

O. minor. *Smith Br.** – *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*

In sylvaticis, ad vias umbrosas communis. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. purpurascentes.

B. Corollis 5-lobis; floribus 3-bracteatis.

721. Ramosa. *L.* Caule ramoso, vel simplici. bracteis ternis; calycibus brevibus inaequaliter 4-fidis; corollis 5-fidis, lobis obtusis.

O. ramosa. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 2. p. 171. - *Hort. Rom.* 3. t. 12. O tertia. *Clus. H.* 271.

Ad radices cannabis, nec non in sylvis, muris frequens, praesertim varietas caule simplici. Perenn. Floret Majo: Fl. purpureo-cyanei.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

ORD. SILICULOSA.

(284) *MYAGRUM*. *Calix sub-patulus*. *Silicula suberosa, evalvis, loculis 2-3 super-impositis, unico fertili, monospermo*.

(285) *CAKILE*. *Calix sub-clausus*. *Silicula rhombeo-tetragona, biarticulata, ad articulos secedens; articulis evalvibus, monospermis*.

(286) *BUNIAS*. *Calix patens*. *Silicula sub-tetraedra, septis binis, altero horizontali altero verticali, quadrilocularis; loculis monospermis*.

(287) *LÆLIA*. *Silicula nuncumentacea, evalvis, subrotunda, rugosa, 1-locularis, 1-sperma*. *Filamenta simplicia*.

(288) *RAPISTRUM*. *Silicula nucumentacea, rotundata, acuminata, bivalvis, sponte non dehiscens, bilocularis; dissepimentum membranaceum valvis parallelum*. *Semina solitaria*.

(289) *ISATIS*. *Calix sub-patens*. *Stigma sessile, capitatum*. *Silicula linquae-formis, compressa, non dehiscens, valvis navicularibus, intus suberosis, monosperma*.

(290) *CAMELINA*. *Silicula membranacea ovata, aut rotunda, bivalvis, bilocularis, polysperma, glabra*. *Filamenta edentula*. *Stylus persistens*. *Semina oblonga, laxe striata*.

(291) *COCHLEARIA*. *Calix hiulcus, foliolis concavis*. *Petala patentia*. *Silicula turgida, rugosa, polysperma, valvulis gibbis obtusis*.

(292) *CORONOPUS*. *Calix hiulcus*. *Petala patentia*. *Silicula reniformis, compressa, corrugata, bilocularis, 2-valvis, valvis non dehiscentibus*.

(293) *IBERIS*. *Calix patens*. *Corolla irregularis, petalis 2 exterioribus majoribus*. *Silicula orbicularis, sub-compressa, margine acuto, supra emarginato, cincta; valvis navicularibus dissepimento contrariis, loculis monospermis*.

(294) *LEPIDIUM*. *Calix patens*. *Corolla regularis*. *Silicula integra, cordato-sub-orbicularis, polysperma; valvulis navicularibus carinatis, dissepimento contrariis*.

(295) *THLASPI*. *Calix patens*. *Corolla regularis*. *Silicula compressa apice emarginata, obcordata vel sub-orbicularis valvis navicularibus marginato-carinatis, dissepimento contrariis, loculis 1-poly-spermis*.

(296) *DRABA*. Calix erectus. Petala sub-patentia, integra aut emarginata. Stylus brevissimus. Silicula ovato-oblonga, integra, valvulis planiusculis, dissepimento parallelis.

(297) *ALYSSUM*. Calix connivens. Petala apice patentia. Silicula orbiculata, compressa, valvulis sub-planis dissepimento parallelis. Semina pauca.–Filamenta bina interdum denticulo introrsum notata.

(298) *LUNARIA*. Calix foliolis binis basi gibbis. Silicula elliptica, compresso-plana, pedicellata, integra; valvis planis dissepimento aequalibus, parallelis.

ORD. SILIQUOSA.

(299) *DENTARIA*. Calix connivens. Siliqua elastice dissiliens, valvulis a basi ad apicem revolutis, dissepimento brevioribus. Stigma emarginatum.

(300) *CARDAMINE*. Calix sub-hians. Siliqua linearis, elastice dissiliens, valvulis a basi ad apicem revolutis, dissepimento aequalibus. Stigma integrum.

(301) *SISYMBRIUM*. Petala patentia, ungue brevi. Siliqua teres valvis rectis non elasticis, dissepimento parum brevioribus. Stigma obtusum.

(302) *ERYSIMUM*. Calix connivens, clausus. Discus ovarii biglandulosus. Siliqua columnaris, quadrigona.

(303) *CHEIRANTHUS*. Calix connivens, foliolis binis majoribus basi gibbis. Discus ovarii biglandulosus. Stigma bifidum. Siliqua longa, compressa, aut sub-4-gona, interdum apice 1-3-rostrata. Semina marginata.

(304) *HESPERIS*. Calix connivens, foliolis binis majoribus basi gibbis. Petala, saepe, oblique flexa. Discus ovarii biglandulosus. Stigma bilamellatum, connivens. Siliqua teres, aut compressa. Semina non marginata.

(305) *ARABIS*. Calix connivens, foliolis binis majoribus basi gibbis. Siliqua longa, compressa, linearis. Glandulae 4 squamiformes reflexae intra calycis foliola.

(306) *TURRITIS*. Calix connivens erectus. Siliquae longissimae, lineares, angulatae, striatae, strictae. Discus ovarii biglandulosus.

(307) *SINAPIS*. Calix patentissimus. Discus ovarii 4-glandulosus. Siliqua torulosa, dissepimento longe producto rostrata.

(308) *RAPHANUS*. Calix connivens. Discus ovarii 4-glandulosus. Siliqua teres toroso-sub-articulata, 1-multi-locularis, loculis superimpositis.

(284) MYAGRUM.

722. Rugosum. *L.* Siliculis sulcatis, pilosis, rugosis asperis: foliis oblongis, obtusis, sub-dentatis; radicalibus lyratis.

M. rugosum. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 1. *p.* 168.* Rapistrum rugosum. *All. Ped. t.* 78. Cakile rugosa. *DC. Syn.*

In sterilibus, ad margines viarum vulgare. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. lutei.

723. Perfoliatum. *L.* Siliculis obcordatis, subsessilibus, loculo infimo fertili: foliis glaberrimis, caulinis amplexicaulibus acuminatis.

M. perfoliatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* – *Lois. G.* – *Savi B. Etr.* 2. *p.* 174.* Cakile perfoliata. *DC. Syn.* M. monospermon. *J. B H.* 2 *p.* 894 - *Hort. Rom* 4. *t.* 3.

Ad margines viarum, in arvis frequens. *A Ponte Molle, Ponte Salara, etc.* Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

(285) CAKILE.

724. Maritima. *Scop. Carn.* Foliis carnosis pinnatifidis; pinnis linearibus sub-dentatis: siliculis ovatis, laevibus, ancipitibus. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 176.*

C. maritima. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lam. ill. t.* 554. *f.* 1. - *DC. Syn.* Bunias cakile. *L.* - *Smith Br.** – *Hort. Rom.* 4. *t.* 49. C. Serapionis. *Lob. ic.* 223.

In arena maritima communis. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. dilute violacei.

Siliculae articulus inferior saepe sterilis.

(286) BUNIAS.

725. Erucago. *L.* Siliculis tetragonis, angulis cristato-sinuatis; foliis radicalibus runcinatis; caulinis oblongis, subdentatis.

B. erucago. *All. Ped* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* – *Savi B. Etr.* 2. *p.* 175. Myagrum erucago. *Crantz crucif.* - *Enc.* Sinapi echinatum. *J. B. H.* 2. *p.* 856. Erucago segetum. *Hort. Rom.* 4. *t.* 48.

In arvis vulgaris. Ann. Floret Junio. Fl. lutei.

(287) LAELIA.

726. Cochlearioides. *Pers. E.* Foliis oblongis, dentatis; caulinis amplexicaulibus: racemis longis, laxis, simplicibus.

Bunias cochlearioides. *W. Sp.* - *Waldst. et Kitaib. t.* 107. – *DC. Syn.* Myagrum erucaefolium. *Vill. Delph.* - *Lois. G.* – *Savi B. Etr.* 2. *p.* 174. - *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 59. Crambe Corvini. *All. Ped.* 937. Myagrum supinum album erucae foliis. *Barr. ic.* 1552.

Ad margines viarum frequens. Bienn. Floret Majo. Fl. albi.

(288) RAPISTRUM.

727. Paniculatum. *Gaertn. T.* 2. *p.* 285. *t.* 141. Siliculis reticulato-rugosis, sub-globosis: foliis scabris lanceolatis, subdentatis; caulinis sagittatis amplexicaulibus.

R. paniculatum. *Pers. E.* Myagrum paniculatum. *L. - W. Sp. - Lois. G. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 173.* Crambe paniculata. *All. Ped.* 935. Bunias paniculata. *DC. Syn.* Myagro affinis herba capitulis rotundis. *J. B. H.* 2. *p.* 895.

In montium segete frequens. Ann. Floret Junio. Fl. lutei.

(289) ISATIS.

728. Tinctoria. *L.* Caule recto, superne ramoso: foliis radicalibus oblongis, petiolatis; caulinis sessilibus, sagittatis: floribus paniculatis, siliculis oblongis. *Lois. Gall.*

I. tinctoria. *W. Sp. - Pers. E. - DC. Syn.* I. sylvestris. *Fuchs. H.* 332. I. sativa. *Hort. Rom.* 4. *t.* 5.

Inter segetes in montibus. Vulgo: *guado*. Bienn. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

(290) CAMELINA.

729. Saxatilis. *Pers. E.* Caule recto, superne paniculato: foliis oblongo-ligulatis; radicalibus petiolatis sub-dentatis, caespitosis: siliculis sub-globosis.

Myagrum saxatile. *L. - W. Sp. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 173.* Alyssum myagrodes. *All. Ped.* Cochlearia saxatilis. *Scop. Carn. - Enc.* Thlaspi petraeum myagrodes. *Clus. H.* 2. *p.* 338.

In calcareis jugis. *A Santo-Polo* ... Perenn. Floret Junio. Fl. albi.

(291) COCHLEARIA.

730. Draba. *L.* Caule erecto: foliis ovato-lanceolatis, dentatis; caulinis amplexicaulibus, auriculatis: siliculis cordatis. *Savi B. Etr.* 2. *p.* 182.

C. draba. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Draba prima vulgaris. *Clus. H.* 2. *p.* 123. - *Matth.* 602.

In marginibus agrorum, secus Tyberis ripas frequens. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. albi.

(292) CORONOPUS.

731. Ruellii. *All. Ped.* Siliculis integris, cristato-muricatis; stylo porrecto: corymbis paucifloris. *Smith Br.* - Savi B. Etr.* 2. *p.* 182.*

Cochlearia coronopus. *L. - W. Sp. - Lois. G.* Senebiera coronopus. *Pers. E.* Coronopus vulgaris. *DC. Syn.* Ambrosia. *Matth.* 899.

In marginibus viarum frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albidi. - Folia pinnatifida.

(293) IBERIS.

732. Pinnata. *L.* Caule herbaceo, ramoso: foliis pinnatifidis; pinnis linearibus: floribus corymboso-racemosis. *Lois. G.*

I. pinnata. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - DC. Syn.* Thlaspi

alterum minus umbellatum nastursii hortensis folio. *Lob. ic.* 218.

In montibus ad margines viarum, in agris. *A Palombara* .... Ann. Floret Junio. Fl. albi.

(294) LEPIDIUM.

733. Graminifolium. *L.* Caule paniculato, virgato: foliis radicalibus pinnato-lyratis; superioribus linearibus integerrimis: floribus hexandris. *Lois. G.*

L. graminifolium. *W. Sp.* - *Pers. E.* Iberis. *Matth. Valgr.* 293.

In ruderatis, viarum marginibus etiam in urbe obvium. Perenn. Floret Julio et tardius. Fl. albi, calycibus subpurpurascentibus.

(295) THLASPI.

A. Silicula triangulari non marginata.

734. Bursa-pastoris. *L.* Foliis radicalibus pinnatifidis integrisve; caulinis lanceolatis, sagittato-amplexicaulibus: siliculis triangulari-obcordatis non marginatis.

Th. bursa-pastoris. *All. Ped* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 181.* Bursa pastoris. *J B. H. p.* 936. - *Hort. Rom.* 4. *t.* 16. Pastoria bursa. *Dod. Pempt.* 103.

In viis etiam urbis vulgare. Ann. Floret toto fere anno. Fl. albi.

B. Silicula obcordata, sub-orbiculata, marginata.

735. Perfoliatum. *L.* Glaberrimum: caule ramoso; foliis radicalibus ovatis, petiolatis; caulinis cordatis, subdentatis, amplexicaulibus: corollis longitudine calycis: siliculis obcordatis. *Lois. G.*

Th. perfoliatum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 180.* Th. alterum mitius rotundifolium bursae pastoris fructu. *Col. ecphr.* 1. *p.* 278. *t.* 276. *f.* 2. Th. cordatum minus flore albo insipidum. *Barr. ic.* 815.

In collibus, siccis, ad muros circa urbem commune. Ann. Floret Martio-Majo. Fl. albi.

736. Saxatile. *L.* Caule adscendente glaberrimo: foliis lanceolatis, obtusis, integerrimis, carnosis: siliculis subrotundis. *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 179.*

Th. saxatile. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* Lithonthlaspi parvum carnoso rotundo folio. *Col. ecphr.* 1. *p.* 279. *t.* 277. Th. montanum pingui folio, carneo flore, etc. *Barr. ic.* 845.

In fissuris calcareis montium. *A Santo Polo* .... Perenn. Floret Junio. Fl. albo-rubelli.

(296) DRABA.

737. Verna. *L.* Scapis nudis, paniculatis; foliis spathulato-

lanceolatis, sub-dentatis: petalis obtusis, bifidis. *Lam. ill. t.* 556. *f.* 1. - *Savi B. Etr.* 2. p. 176.*

D. verna. *All. Ped.* - *Smith. Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Paronichia vulgaris. *Dod. Pempt.* 112. P. alsinaefolia. *Lob. ic.* 469.

830. Angustifolius. *L.* Racemis lateralibus; floribus alternis: calycis labio superiore bifido, inferiore integro vel apice tridentato, lacinula lanceolata utrinque interjecta: foliis digitatis, foliolis 7 lineari-lanceolatis, obtusis, planis.

L. angustifolius. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* L. angustifolius coeruleus elatior. *Raii. H.* 908.

In arvis, praesertim maritimis haud infrequens. Ann. Floret Aprili. Fl. coerulei, vel albi.

Caulis pubescens: folia angusta, sub-linearia, pilis raris obsita, nec tota planta pilis ferrugineis longis densis vestita: calycis labium inferius apud nos frequentissime tridentatum.

(324) ANTHYLLIS.

831. Tetraphylla. *L.* Decumbens, herbacea: foliis quaterno-pinnatis, inaequalibus; floribus lateralibus. *DC. Syn.*

A. tetraphylla. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* A. leguminosa vesicaria, lutea. *Barr. ic.* 554.

In marginibus agrorum, collibus sterilibus ab urbis occidente frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. luteoli, carina saturatiore.

832. Vulneraria. *L.* Herbacea: foliis pinnatis, inaequalibus: capitulo terminali, duplicato. *DC. Syn.*

A. vulneraria. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*

α. Flore luteo.

Loto affinis vulneraria pratensis. *C. B. P.* 332. Lagopodium flore luteo. *Tabern. ic.* 925.

β. Flore rubro.

Vulneraria supina flore coccineo. *Dill. elth.* 431. t. 320. *f.* 413.

γ. Flore albo.
Vulneraria rustica flore albo. *Tourn. Inst.* 291.
Var. α in montibus et pratis Sabinae. *Sul Monte Gennaro, etc.* β et γ in collibus maritimis. *Presso Civitavecchia, nella campagna di Corneto, etc.* Perenn. Floret Aprili, Junio.

833. Montana. *L.* Herbacea: foliis pinnatis, aequalibus, sericeis: capitulo terminali globoso. *DC Syn.*
A. montana. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* A. incanus tomentosus pallido globoso flore italicus. *Barr. ic.*1391. *t.* 722.
In subappenninis jugis. *Sul Monte Calvo presso Subiaco ....* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei.

Sect. II. Stamina diadelpha. Legumen articulatum.

(325) CORONILLA.

834. Emerus. *L.* Fruticosa: pedunculis sub-trifloris; petalorum unguibus calyce triplo longioribus; caule angulato. *DC. Syn.*
C. emerus. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 247.* C. scorpioides elatior. *Clus. H.* 97.
In collibus, ad muros, super urbis moenia. Frut. Floret Martio, Majo. Fl. lutei.

835. Varia. *L.* Herbacea, diffusa: foliis pinnatis, foliolis plurimis oblongo-ellipticis glabris, lomentis sub-pentagonis, erectis.
C. varia. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 248.* Securidaca dumetorum major, etc. *Moris. H.* 3. *s.* 2. *t.* 10. *f.* 4.
Ad margines, sepes frequens circa urbem. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl albo, roseo et violaceo variegati.

836. Cretica. *L.* Herbacea: foliis pinnatis; foliolis 11-15 cuneatis, retusis: lomentis erectis quinis.
C. cretica. *W. Sp. - Pers. E.* C. cretica herbacea flore parvo purpurascente. *Tourn. Cor.* 44.
Ad margines, in aggeribus herbosis communis. *Sul Pincio, nelle Ville Borghese, Panfili, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. rosei.

(326) SECURIGERA.

837. Coronilla. *DC. Syn.* Foliolis plurimis oblongo-cuneatis.
Coronilla securidaca. *L. - All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - Savi B. Etr.* 2. *p.* 248.* Securidaca vera. *Clus. H.* 236. S. lutea major. *Hort. Rom.* 7. *t.* 27.
In marginibus, pratis vulgaris. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

(327) ORNITHOPUS.

838. Compressus. *L.* Foliis pinnatis: floribus capitatis bractea suffultis; leguminibus compressis, recurvatis, rugosis. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.*

O. compressus. *All. Ped.* Scorpioides leguminosa. *Dalech. H.* 493. Ornithopodium scorpioides siliqua compressa. *Hort. Rom.* 7. *t.* 28.

In sterilibus collinis, montanis, ad margines viarum, oras nemorum frequens. *Al Pigneto–Sacchetti, ad Albano etc.* Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

839. Scorpioides. *L.* Foliis ternatis subsessilibus; impari maximo. *L. – All. Ped. – W. Sp. – Pers. E. – DC. Syn.*

Scorpioides Matthioli. *Dod. Pempt.* 71. – *Riv. tetr.* 210.

In sterilissimis, muris frequens. *Copiosamente sul Colosseo, sul Testaccio, etc.* Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

(328) HIPPOCREPIS.

840. Unisiliquosa. *L.* Leguminibus sessilibus, solitariis, erectis. *L. – All. Ped. – W. Sp. – Pers. E. – DC. Syn.*

Ferrum equinum vulgare. *Col. ecphr.* 1. *p.* 302. *t.* 300. – *Hort. Rom.* 7. *t.* 29.

Ad margines in montosis, et collinis. *Sul Monte Mario alla Madonna del Rosario, sul Monte Gennaro* ... Ann. Floret Junio. Fl. lutei.

841. Multisiliquosa. *L.* Leguminibus pedunculatis, confertis circularibus, margine altero lobatis. *L. – All. Ped. – W. Sp. – Pers. E. – DC. Syn.*

Ferrum equinum alterum polyceraton. *Col. ecphr.* 1. *t.* 300.

Ad margines cum praecedente. *Sul Monte Gennaro* .... Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

(329) SCORPIURUS.

842. Subvillosa. *L.* Pedunculis 2–4–floris: leguminibus extrorsum spinis confertis, longis, acutis. *DC. Syn.*

Sc. subvillosa. *All. Ped. – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – Savi B. Etr.* 2. *p.* 238. Scorpioides bupleuri folio, corniculis asperis, etc. *Moris. H.* 2. *s.* 2. *t.* 11. *f.* 3.

In sterilibus, viarum aggeribus communis. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

(330) HEDYSARUM.

843. Coronarium. *L.* Caulescens, diffusum: foliis pinnatis, foliolis ellipticis, margine sub–hirsutis: leguminis articulis subrotundis, aculeatis, nudis.

H. coronarium. *All. Ped. – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn.* H. clypeatum. *Hort. Rom.* 7. *t.* 30. Onobrychis altera. *Dod. Pempt.* 549.

In aggeribus viarum quae ab urbe ad mare pergunt passim. Perenn. Floret Junio. Fl. rubri.

Sect. III. Stamina diadelpha. Legumen biloculare, sepimento longitudinali interdum incompleto.

(331) ASTRAGALUS.

844. Hamosus. *L.* Caulescens, procumbens: foliolis cuneatis, emarginatis; stipulis ovatis: racemis paucifloris, pe–

dunculatis: leguminibus hamatis, subulatis, glabris. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.*

A. hamosus *All. Ped.* - *DC. Astr.* 124. A. Monspeliacus. *Clus. H.* 234.

In marginibus, herbosis obvius. *Sul Pincio, a Villa Patrizi, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. pallide lutei.

845. Monspessulanus. *L.* Acaulis: foliolis ellipticis, obtusis: scapis racemosis, declinatis, folio longioribus: vexillis elongatis; leguminibus teretiusculis arcuatis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*

A. monspessulanus. *All. Ped.* – *DC. Astr.* 190. A purpureus perennis Monspeliensis. *Moris. H.* 2. *p.* 106.

In maritimis collibus, pascuis. *Presso Corneto, ad Ostia ....* Perenn. Floret Martio, Junio. Fl. purpurascentes.

846. Glycyphyllos. *L.* Caulescens, prostratus: foliolis glabris, ellipticis, mucronatis; stipulis ovato-lanceolatis; racemis pedunculatis folio brevioribus: leguminibus subtriquetris, arcuatis, glabris.

A. glycyphyllos. *All. Ped.* - *Smith Br.* – *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* A. luteus perennis, procumbens, vulgaris. *Moris. H.* 2. *p.* 107. Glaux vulgaris. *Clus. H.* 133.

In umbrosis sylvaticis circa urbem et in montibus. *Alla Caffarella, alla Macchia de' Mattei, sul Monte Albano, sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Majo, Julio. Fl. albido-lutescentes.

(332) BISERRULA.

847. Pelecinus. *L.* Pedunculis axillaribus 3-5-floris.

B. pelecinus. *All. Ped.* - *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 12. Securidaca peregrina. *Clus. H.* 2. *p.* 238. Hedysarum congestis et utrinque lunatis siliquis. *Barr. ic.* 1137.

In marginibus. *Sul Pincio vicino all'ingresso della passeggiata pubblica.* Ann. Floret Majo. Fl. coerulescentes.

Sect. IV. Stamina diadelpha. Legumen uniloculare.

§. 1. Folia abrupte pinnata seta aut cirrho terminata.

(333) OROBUS.

848. Vernus. *L.* Foliis pinnatis 2-3-jugis, foliolis ovatis, acuminatis: stipulis semi-sagittatis integerrimis: caule simplici angulosо. *DC. Syn.*

O. vernus. *All. Ped.* - *W. Sp.* – *Pers. E.* - *Lois. G.* O. pannonicus primus. *Clus. H.* 230.

β. Racemis 10-30-floris: vexillo reticulato-venoso.

O. variegatus. *Ten. Fl. Neap. Prod. Suppl.* 1. *p.* 62. Astragalus Dioscoridis. *Column. Phytob.* 48. *t.* 14.

In umbrosis nemorosis circa urbem, et in montibus communis varietas β. *Nella Villa Borghese, etc.* Perenn. Floret Martio, Aprili. Fl. purpureo-coerulei.

Varietati dentes calycini bini superiores et inferior subulati, bini intermedii lanceolati. Racemus floribus 8 ad 20 quandoque etiam 30. Vexillum venis saturatioris coloris pictum. Flores senio coerulescentes. Stipulae ovatae, semi-sagittatae, acutae, integrae. An vere distincta species? Janus Planchus in adnotationibus ad Plytobasanon a citato Orobo Clusii non separat.

849. Niger. *L.* Foliis pinnatis, 4-6-jugis, foliolis ovato-oblongis: racemorum pedunculis folio longioribus: caule ramoso, anguloso.

O. niger. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois G.* - *DC. Syn.* O pannonicus secundus. *Clus. H.* 2. *p.* 230. O. sylvaticus viciae foliis. *Rivin. t.* 60.

In elatis montibus sylvosis. *Sul Monte Artemisio* (communicavit doctus Botanicus Schow Danus.) Perenn. Floret Majo. Fl. coeruleo-purpurascentes.

(334) LATHYRUS.

A. Annui. Pedunculis 1-3-floris.

850. Aphaca. *L.* Pedunculis unifloris: cirrhis aphyllis: stipulis sagittato-cordatis. *L.* - *All Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 250.*

Aphaca. *Dod. Pempt.* 545. - *Hort. Rom.* 8. *t.* 22.

In incultis, secus vias communis. Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

851. Nissolia. *L.* Pedunculis unifloris: foliis simplicibus linearibus, cirrhis nullis: stipulis subulatis.

L. nissolia. *L.* - *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 251.* Ervum sylvestre. *Dod. Pempt.* 529. Nissolia parva flore purpureo. *Buxb. Cent.* 3. *t.* 45. *f.* 1.

In arvis sterilibus, et in montosis. *Alla Crescenza*, *Marco-Simone*, *etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. rubelli, vexillo rubro.

852. Ochrus. *DC. Syn.* Pedunculis unifloris: petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis, stipulis nullis. *DC. l. c.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 251.*

Pisum ochrus. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* Ochrus pallida. *Pers. E.* O. seu ervilia. *Lob. ic.* 2. *p.* 68. Ervilia sylvestris. *Dod. Pempt.* 522. O. folio integro. *Hort. Rom.* 7. *t.* 19.

Inter segetes. *Presso Capo di Bove*, *etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. pallide flavi.

853. Sativus. *L.* Pedunculis unifloris, sub-flore articulatis: petiolis cirrhosis diphyllis tetraphyllisque: leguminibus ovatis, compressis, dorso bi-marginatis.

L. sativus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Targion. delle Cicerchie p.* 58. - *id. Istit. t.* 3. *p.* 88. L. an-

guloso semine. *J. B. H.* 2. *p.* 306. L. sive cicercula. *Dod. Pempt.* 522.

In arvis, ad vias sponte occurrit. Vulgo: *cicerchia*. Ann. Floret Junio. Fl. purpurascentes vel albi.

854. Coccineus. *All. Ped. n.* 1222. Pedunculis unifloris petiolo diphyllo sub-aequalibus; cirrho simplicissimo, foliolis lineari-ensiformibus nervosis: leguminibus teretiusculis; seminibus rotundatis.

L. coccineus. *Pers. E.* L. sphoericus. *Retz.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* L. axillaris. *Lam. Dict.* L. flore coccineo. *Raii H.* 896. L. foliis angustis, floribus singularibus coccineis. *Segu. Ver.* 2. *p.* 82.

In pratis, ad margines communis. Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. coccinei.

855. Annuus. *L.* Pedunculis 1-2-floris; petiolis cirrhosis, alatis, diphyllis, foliolis ensiformibus; stipulis bilobis subulato-linearibus: leguminibus compressis glabris.

L. annuus. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Lathyri species lutea. *J. B. H.* 2. *p.* 304.

In arvis, ad sepes frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

856. Hirsutus. *L.* Pedunculis 1-2-3-floris: petiolis cirrhosis diphyllis, foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis: leguminibus hirsutis; seminibus scabris.

L. hirsutus. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* L. siliqua hirsuta. *J. B. H.* 2. *p.* 305.

In pratis subhumidis, ad fossas. *Al Portonaccio*, *etc.* Ann. Floret Junio, Julio. Fl. purpurascentes, dein viridi-coerulei.

857. Articulatus. *L.* Pedunculis 1-3-4-floris: petiolis alatis cirrhosis; imis sub-aphyllis exstipulatis; caulinis polyphyllis, foliolis sub-lanceolatis, oppositis alternisve; stipulis semilunatis, integerrimis vel basi appendiculatis.

L. articulatus. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - L. auriculatus. *Bertol. It. Pl. Dec.* 2. *p.* 38.*

In herbosis collibus, et sylvaticis passim. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpureo-rosei, maturitate coerulei, vexillo biaurito.

Distinctam speciem a *L. articulato* L. plantam nostram dijudicaveramus cum cl: Bertolonio, ob pedunculos saepius 3-4-floros, et stipulas semi-lunatas appendicula ad basim destitutas. Cum autem exemplaria non nulla possideamus in quibus appendicula haec, minutissima licet, conspicienda adest, tutius huc referre censemus. Caeterum adnotandum videtur, plantam hanc stipulas praeseferre in summo caule ut plurimum latiores, caeterisque magis explicatas, in imo nullas; insuper ludere foliolis ellyptico-lanceolatis, et lanceolato-linearibus, interdum exacte

linearibus conjugatis, vel alternantibus, quod frequentissimum in foliis superioribus.

B. Perennes: pedunculis multifloris.

858. Pratensis. *L.* Pedunculis multifloris: petiolis cirrhosis, sub-simplicibus, diphyllis, foliolis lanceolato-acutis: stipulis sagittatis acuminatis.

L. pratensis. *All. Ped. – Smith Br*. – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn. – Rivin. tetr. t.* 43. L. sylvestris dumetorum. *J. B. H.* 2. *p.* 30.

In pratis humidis, secus fossas communis. Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

859. Sylvestris. *L.* Pedunculis multifloris; petiolis ramoso-cirrhosis diphyllis foliolis ensiformibus; internodiis alatis.

L. sylvestris. *All. Ped. – Smith Br*. – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn. – Clus. H.* 229. – *Dod. Pempt.* 523. Lathyri majoris species flore rubente, et albido, etc. *J. B. H.* 2. *p.* 302.

In nemorosis, dumetis communis. *A Villa Pamfili, alla Crescenza, etc.* Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. roseo-purpurei, vexillo saturatiore, carina sub-virenti.

Foliis angustioribus lineari-lanceolatis, vel amplioribus ensiformi-lanceolatis variat.

(335) PISUM.

860. Arvense. *L.* Petiolis teretibus sub-4-phyllis: stipulis basi dentatis: pedunculis 1-2-floris.

P. arvense. *W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn.* Pisi pulchra species folio anguloso. *J. B. H.* 2. *p.* 297.

In arvis, et ad oras nemorum commune. Vulgo: *pisellina*. Ann. Floret Majo. Fl. rosei, alis atro-purpureis.

(336) VICIA.

A. Floribus racemosis.

861. Onobrychioides. *L.* Pedunculis multifloris folio longioribus; floribus distantibus; foliolis linearibus; stipulis semi-sagittatis lineari-lanceolatis, basi dentatis. *W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn.*

V. onobrychioides. *All. Ped.* 1198. *t.* 42. *f.* 1. V. onobrychidis flore. *C. B. Prod.* 149.

In montium arvis. *Lungo il Teverone presso Tivoli* .... Ann. Floret Junio. Fl. violacei.

862. Cracca. *L.* Pedunculis sub-20-floris folio longioribus; floribus deorsum imbricatis: foliis multijugis, foliolis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis; stipulis semisagittatis, segmentis linearibus.

V. Cracca. *All. Ped. – Smith Br.* – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn. – Savi 2 Cent. p.* 151.* Cracca. *Riv. tetr.* 49.

In sepibus, viarum marginibus vulgaris. Perenn. Floret Majo. Fl. rubro-violacei, aetate coerulescentes.

Alternarum stipularum segmentum inferius saepissime desideratur. Foliola numerosa in quovis folio, villoso-sericea.

863. Tenuifolia. *Roth Germ. I.* 309, *II.* 183. Pedunculis folio longioribus, floribus numerosis imbricatis: foliolis lanceolato-linearibus, acutis, trinerviis; stipulis linearibus, integerrimis.

V. tenuifolia. *W. Sp.* - *Pers. E.*

In sylvis Tusculanis *presso Monte Compatri* frequentem vidit et exemplaria communicavit amicissimus Leander Cinffa. Perenn.? Floret Junio. Fl. coerulescenti-violacei.

864. Pseudo-cracca. *Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 58.* Pedunculis sub-6-floris folio longioribus; floribus secundis, laxis, deflexis: foliolis oblongis obtusis; stipulis bifidis, segmentis lanceolatis; caule diffuso.

In marginibus agrorum prope marinum litus. *A Castel Fusano*, *presso Ostia*, *Fiumicino*. *etc.* Ann. Floret Martio, Majo. Fl. albo-coerulescentes, quandoque albi.

Racemus floribus 4-8, rarius pluribus. Foliola in singulo folio 6-16, angusta.

865. Sylvatica. *L.* Pedunculis multifloris folio sub-longioribus: foliolis ovato-sub-ellipticis, mucronatis, glabris; stipulis lunatis calycibusque setaceo-dentatis.

V. sylvatica. *All. Ped.* - *Smith Br*.* - *W. Sp.-Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* V. foliis ovatis, stipulis argute dentatis, etc. *Hall. Helv.* 426. *t.* 12 *f.* 2.

In montium sylvaticis. *Sul Tuscolo*: communicavit pluries laudatus Leander Cinffa. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albidi, purpureo variegati.

866. Atro-purpurea. *Desf. Atl.* 2. *p.* 164. Pedunculis multifloris folio sub-brevioribus: foliolis oblongo-lanceolatis, mucronatis albo-villosis; stipulis semi-sagittatis profunde dentatis: calycibus villosissimis: caule tetragono.

V. atro-purpurea. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*

In maritimis. *Presso Civitavecchia*. Ann. Floret Aprili. Fl. atro-purpurei.

867. Narbonensis. *L.* Pedunculis 3-6-floris brevissimis; foliis 3-4-jugis foliolis late-ovatis obtusis scabris; stipulis majusculis, dentatis: leguminibus compressis, margine ciliatis.

V. narbonensis. *All. Ped.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Bivon. Sic. Cent.* 2. *p.* 72.

α. Foliolis integerrimis. *Lois. l. c.*

V. narbonensis. *W. Sp.* - *Pers. E.*

β. Foliolis serratis. *Lois. l. c.*

V. serratifolia. *Jacq. Austr. App. t.* 8. - *W. Sp.* - *Pers. E.* V. monadelpha. *Roth. Cat.* 2.

In sepibus promiscue, varietas utraque frequens. *Alla Caf-*

farella, *Capo di Bove*, *presso Ostia*, *etc*. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. atro-sanguinei, in *β* sub-seni.

868. Tricolor. *Nob*. (*Fl. Rom. Prod. Tab*. 4.) Pedunculis trifloris brevissimis; foliolis oblongo-ellipticis, sericeo-villosis; stipulis superioribus ovatis, integris, coloratis: leguminibus reflexis, glabris, margine ciliatis.

Ad sepes, aggeres, oras nemorum vulgaris circa Romam, et in montibus. *Copiosamente a Capo di Bove*, *alla Caffarella*, *Acqua bollicante*, *presso Civitavecchia*, *sui Monti All'ani*, *Tusculani*, *etc*. Ann. Floret Majo. Fl. vexillo virenti, alis fuscis, calyce purpurascente.

Caules simplices, scandentes, 2-5-pedales, 4-goni, sulcati, rubicundi, sub-glabri. Folia 7-9-juga foliolis oblongo-ellipticis, saepius retusis, vel emarginatis, quandoque integris, mucronulatis, oppositis vel alternantibus, petiolulatis; villis sericeis adpressis superne raris obsita, cinerascenti-viridia, subtus pallidiora; petiolo communi sulcato rubente; cirrho terminali sub-trifido. Stipulae foliorum inferiorum minusculae, lanceolatae, basi semi-sagittatae, integerrimae, vel interdum uno alterove dente quasi obsoleto donatae, centro excavatae, fusco notatae; racemulis adstantes grandiores, ovatae, integerrimae, concavae, exterius totae fuscae, inaequales. Pedunculi axillares solitarii, floribus saepius tribus, vel quatuor, quandoque binis, apice brevi-aristati, 3 lineas etiam longi, folio octies saltem breviores. Flores approximati, pedicellati, deflexi. Calix brevis pallens, supra ut plurimum rubellus, dentibus subulatis inaequalibus. Corollae tubus glaber, superne sordide rufescens, inferne luteolus: vexilli lamina erecta, retuso-biloba, lobis retroflexis sub-parallelis, luteo-virens, venulis fuscis exarata: alae rotundatae, extus intense fuscae, velutinae: carina fuscescens, parvula. Legumina reflexa, glabra, margine minutissime denticulata et ciliata ut in *V. narbonensi*. Semina 6-10, sub-rotunda.

Habitat quoque in contermina ditione Neapolitana, et in Etrusca.

B. Floribus axillaribus, sessilibus, vel pedunculatis, pedunculo simplici.

869. Sativa. *L*. Leguminibus sessilibus, sub-binatis, erectiusculis: foliolis oblongo-ovatis, sub-retusis, mucronatis; stipulis profunde dentatis, notatis,

V. sativa. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn*. V. vulgaris sativa. *J. B. H*. 2. *p*. 310. - *Hort. Rom*. 7. *t*. 23.

In segete, arvis, nemorosis ubique. Vulgo: *veccia*. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei, vel sub-violacei.

Variat foliolis oblongo-ovatis, vel cuneiformibus, apice truncatis, vel retusis, interdum etiam sub-integris. Tota planta plus minus pubescens. Semina laevia.

870. Angustifolia. *All. Ped.* 1201. (adde) *t.* 59. *f.* 2. Leguminibus sub-sessilibus, sub-solitariis: foliis imis foliolis obcordatis, caulinis lineari-truncatis sub-mucronatis, summis angustissimis acuminatis; stipulis dentatis; seminibus laevissimis.

V. angustifolia. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* V. sativa β nigra *L.* V. vulgaris sylvestris semine parvo et nigro frugum. *J. B. H.* 2. *p.* 312.

In sterilioribus, inter segetes non infrequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei.

Icon Allionii, imperfecte quidem, hanc speciem, nullimode *lathyroidem* refert, ut videtur.

871. Peregrina. *L.* Leguminibus pedicellatis, solitariis, pendulis, tetraspermis, glabris, foliolis omnibus linearibus truncato-retusis, mucronatis.

V. peregrina. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* V. peregrina angustissimis foliis, etc. *Pluk. Alm.* 386. *t.* 233. *f.* 6.

In sterilibus collinis, ad sepes frequens. *Nella Villa Mellini in copia*, *in Villa Borghese*, *etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. intense violacei.

Foliolis angustissimis linearibus, apice bicornibus uniformibus; floribus pedicellatis, intense violaceis; leguminibus cernuis a praecedente satis distincta.

872. Lathyroides. *L.* Procumbens: leguminibus sessilibus, solitariis, glaberrimis: foliis subtrijugis; imis foliolis obcordatis, superioribus oblongo-ovatis; stipulis integris; seminibus tuberculatis.

V. lathyroides. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Ervum soloniense. *L.* V. minima. *Riv. tetr. t.* 56.

In pratis, herbosis vulgaris. Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. coerulescenti-violacei.

873. Hirta. *Balb. Misc. alt.* Leguminibus sessilibus solitariis reflexis hirtis: foliolis lineari-lanceolatis mucronatis, cauleque hirto; stipulis semisagittatis, coloratis: vexillo glabro.

V. hirta. *Pers. E.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 255. V. lutea β hirta. *Lois. G.*

In segete, viarum marginibus, agris communis. Ann. Floret Junio. Fl. citrini.

874. Hybrida. *L.* Leguminibus sessilibus solitariis reflexis,

pilosis: foliolis oblongo-ovatis, retusis; stipulis vix notatis: vexillo villoso.

V. hybrida. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*- *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 255.

In aggeribus viarum, agris, ad sepes communis. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. luteoli, vexillo extus sub-griseo villoso.

875. Grandiflora. *Scop. Carn.* 2. *p.* 65. *t.* 42. Leguminibus brevi-pedicellatis, geminatis, subcernuis, glabris, foliolis subellipticis, emarginatis, mucronatis; stipulis notatis: caulibus debilibus glabris.

V. grandiflora. *Bertol. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 32* V. sordida. *Waldst. et Kitaib. Hung. T.* 2. *p.* 143. *t.* 133. - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. Notic.* 107.

In umbrosis, nemorosis vulgatissima. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albo-flavescentes, grandiusculi.

Folia saepius oblongo-ovata, interdum ovato-sub-rotunda, apice plus minus retuso, fere glabra.

876. Sepium. *L.* Leguminibus brevi-pedicellatis, subquaternis erectis; foliolis ovatis obtusis, integerrimis, mucronatis, nervis sub-hirsutis; exterioribus decrescentibus.

V. sepium. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 256.* - *Riv. tetr.* 56. V. sepium perennis. *J. B. H.* 2. *p.* 313.

In sylvaticis. *Presso Tivoli, Frascati, etc.* Perenn. Floret Junio. Fl. purpureo-cyanei.

Foliola ultra medium attenuata, apice obtusissimo.

877. Bithynica. *L.* Leguminibus pedunculatis, sessilibusve, sub-solitariis, erectis: foliis 1-2-3-jugis, foliolis ovali-lanceolatis; stipulis profunde dentatis, majusculis.

V. bithynica. *All. Ped.* 1199. *t.* 26. *f.* 2. - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 2. *p.* 256.* Lathyrus Bithynicus. *Lam. Dict.* Cracca floribus albis, etc. *Buxb. Cent.* 3. *p.* 25. *t.* 45. *f.* 2.

In sylvaticis, sepibus frequens circa urbem. *A Villa Borghese, etc.* Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. vexillo purpureo-violaceo, alis et carina albidis.

Facies Lathyri. Ludit foliis, stipulisque angustioribus et pedunculis elongatis.

(337) ERVUM.

878. Hirsutum. *L.* Pedunculis sub-4-floris, folio brevioribus; leguminibus dispermis, compressis, pubescentibus: foliis abrupte pinnatis, cirrho terminali; foliolis retusis. *Bertol. Opusc. Scient. Bol. Fasc.* 3. *p.* 158.*.

E. hirsutum. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Aracus sive Cracca minima. *Lob. Stirp. Obs.* 522. Cracca minor. *Tabern. ic.* 507. - *Riv. tetr.* 53.

In segete, herbosis commune. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albidi.

879. Uniflorum. *Tenor. Fl. Neap. Prod. Suppl.* 2. *p.* 68. (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 5. *f.* 2.). Pedunculis unifloris folio longioribus; legumine dispermo, compresso, sub-puberulo: foliis abrupte pinnatis setula terminali; foliolis retusis, inferioribus obcordatis, superioribus oblongis. *Bertol. Op. Scient. Bol. Fasc.* 3 *p.* 157.

E. uniflorum. *Sebast. Rom. Pl. Fasc. alter p.* 15. *t.* 4.* Cicer ervoides. *Brignol. R. Pl. Forojul. p.* 27.

Super rudera Thermarum Diocletiani, et Amphitheatri Flavii. Ann. Floret Majo. Fl. sub-coerulei.

880. Tetraspermum. *L.* Pedunculis sub-bifloris, folio subaequalibus; leguminibus sub-tetraspermis, glabris: foliolis oblongis, obtusis, truncatisve.

E. tetraspermum. *All. Ped.* - *Smith. Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* Vicia tetrasperma. *Lois. G.* V. minor segetum cum siliquis patulis glabris. *Moris. H.* 2. *p.* 64. *s.* 2. *t.* 4. *f.* 16.

In messibus, herbosis frequens. Ann. Floret Majo. Fl. coeruleo-purpurascentes.

881. Gracile. *DC. Fl. Fr.* 6. *p.* 581. Pedunculis sub-4-floris folio longioribus: leguminibus sub-5-spermis compressis, glabris: foliis abrupte pinnatis cirrho terminali; foliolis superioribus acutis. *Bertol. Opusc. Scient. Bol. Fcsc.* 3. *p.* 158.

E. longifolium. *Ten. Fl. Neap. Prod. p.* 69. Vicia gracilis. *Lois. Gall. t.* 12.*

In arvis, collibus sterilibus circa urbem frequens. Ann. Floret Majo. Fl. albo-violacei.

§. 2. Folia impari-pinnata.

(338) COLUTEA.

882. Arborescens. *L.* Caule arborescente: foliolis obcordatis, emarginatis: pedunculis sub-sex-floris; leguminibus apice clausis. *DC. Syn.*

C. arborescens. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi Tr. d. alb.* 1. *p.* 89. C. *Dod. Pempt.* 784.

In muris antiquis, romanis moenibus, et in sylvaticis. *Nella Passeggiata del Pincio, etc.* Frut. Floret Junio, Julio. Fl. lutei.

(339) GALEGA.

883. Officinalis. *L.* Foliis pinnatis; foliolis lanceolatis, mucronatis, glabris; stipulis lanceolatis, sagittatis: leguminibus erectis, strictis. *W. Sp.*

G. officinalis. *All. Ped.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* G. *Dod. Pempt.* 548. - *Rivin. t.* 72. G. vulgaris. *Hort. Rom.* 7. *t.* 25.

In pratis depressis vulgatissima. Off. *Ruta capraria*. Perenn. Floret Junio-Septembri. Fl. sub-coerulei.

§. 3. Folia trifoliata.

(340) PSORALEA.

884. Bituminosa. *L.* Foliis ternatis: foliolis ovato-lanceolatis: petiolis pubescentibus laevibus; spicis capitatis, pedunculatis, axillaribus. *W. Sp.* - *DC. Syn.*

Ps. bituminosa. *All. Ped.* - *Pers. E* - *Lois. G.* - *Savi 2 Cent. p.* 150.* Ps. bitumen redolens. *Hort. Rom.* 7. *t.* 35. Trifolium bituminosum. *Dod. Pempt.* 566.

In montium sterilibus, ad vias. *Presso Palombara*, *Tivoli, etc.*

Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. coeruleo-violacei. - Variat foliis angustioribus.

(341) MELILOTUS.

885. Officinalis. *Enc.* Leguminibus racemosis pendulis, subrugosis, acutis, 1-2-spermis: foliolis ovato-oblongis, dentatis. *DC. Syn.*

M. officinalis. *All. Ped.* - *Pers. E.* Trifolium (melilotus) officinalis. *L.* - *W. Sp.* - *Smith Br.* - *Lois. G.* Tr. odoratum seu melilotus. *Dod. Pempt.* 567.

β. Alba. Major; floribus albis, foliolis ovatis. *Pers. l. c.* M. officinarum Germaniae flore albo. *Tourn. Inst.* 407.

In campis, ad vias communis. Bienn. Floret Junio. Fl. lutei, in *β* albi. - Odor *Anthoxanthi odorati* L.

886. Italica. *Enc.* Leguminibus racemosis mono-di-spermis, rugosis, obtusis: racemis folio longioribus: caule erecto, ramoso; foliolis obovatis subrotundis, integris vel dentatis. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 56.*

M. italica. *All. Ped.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* - *Camer. Hort.* 99. Trifolium italicum. *L.* - *W. Sp.* - *Lois. G.* M. italica folliculis sub-rotundis. *Hort. Rom.* 7. *t.* 37.

In agris, hortis, Amphitheatro Flavio frequens. Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

887. Indica. *All. Ped.* 1121. Leguminibus racemosis, laevibus, ovato-sub-rotundis, mono-di-spermis, stylo mucronatis: caule erecto: foliolis oblongo-obtusis basi attenuatis, apice serratis.

Melilotus indica *Pers. E.* - *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 58. Trifolium indicum. *L.* - *W. Sp.* - *Lois G.* Melilotus parviflora. *Desf. Atl.* 2. *p.* 192. - *Pers. E.* - *DC. Syn.* M. lutea minor floribus et siliculis minoribus spicatim et dense dispositis. *Moris. H.* 2. *p.* 161.

In Amphitheatro Flavio, et in maritimis arenosis. *Presso Ostia* .... Ann. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

Characteres, quibus *Melilotus* haec *parviflora* separetur ab *indica* non invenisse fatemur cum Willdenowio.

888. Dentata. *Waldst. et Kitaib. Hung.* 1. *p.* 41. *t.* 42. Legu-

minibus racemosis, nudis, dispermis, sub-rugosis, acutiusculis: stipulis basi dentatis: caule erecto. *W. Sp.* (sub Trifolio).

M. dentata. *Pers. E.*

In maritimis. *Presso Ostia*... Perenn. Floret Majo. Fl. lutei. Stipulis basi partito-dentatis distincta a *M. officinali*.

889. Longifolia. *Tenor. Prod. Fl. Neap. Suppl.* 1. *p.* 66. Leguminibus monospermis, subrotundis, obtusis, arcuatim rugosis; racemis folio longioribus: caule erecto angulato; foliolis oblongo-linearibus serrulatis, obtusis. *Ten. l. c.*

In maritimis. *Presso Ostia* .... Ann. Floret Majo. Fl. lutei. – Caulis vix ramosus.

(342) TRIFOLIUM. *)

§. I. Trifolia ebracteata.

A. Calyce piloso, superne fisso.

890. Subterraneum. *L.* Capitulis paucifloris, post anthesim hypogaeis: fructibus involucro centrali, rigido, reflexo obtectis. *Savi Obs. p.* 12.*

T. subterraneum. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Hort. Rom.* 7. *t.* 36. Tr. pratense supinum cathobleps. *Barr. ic.* 181.

In pascuis sterilioribus circa urbem commune. *In copia a Testaccio, etc.* Ann. Floret Martio-Junio. Fl. albo-subcarnei.

B. Calyce piloso, margine integro, dentibus aequalibus vel subaequalibus.

891. Arvense. *L.* Caule diffuso, foliolis lanceolato-linearibus: capitulis villosissimis, oblongis, mollibus; dentibus calycinis corolla longioribus. *Savi Obs. p.* 17.*

Tr. arvense. *All. Ped.* – *Smith Br.** – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* Lagopus vulgaris trifolius quorumdam. *J. B. H.* 2 *p.* 377. Lagopus angustifolia minor, erectior. *Barr. ic.* 901.

In agris, marginibus commune. Ann. Floret Junio. Fl. sub-rosei.

892. Lappaceum. *L.* Caule diffuso: foliolis ob-ovatis, denticulatis: capitulis sub-globosis, hispidis; dentibus calycinis rigidiusculis corollam aequantibus. *Savi Obs. p.* 20.*

Tr. lappaceum. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* Tr. capitulo glomerato rigido. *J. B. H.* 2. *p.* 378. Tr. nemorosum, capite ovato villoso rubescente. *Barr. ic.* 871.

---

*) *In specierum distributione aureum opusculum cl. Savi cui titulus* Observationes in varias Trifoliorum species *sumus secuti.*

In pascuis, secus vias, in collibus. *Sul Monte Mario*, *a Villa Madama*, *etc.* Ann. Floret Majo. Junio. Fl. pallide rosei.

893. Cherleri. *L.* Caule procumbente; foliolis obcordatis: capitulis villosis globosis; stipulis 2 bracteantibus, altera aphylla: dentibus calycinis corollae subaequalibus. *Savi Obs.* 23.*

Tr. Cherleri. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Lagopus minor supinus molli et compresso capite. *Barr.* ic 859.

In sterilissimis, marginibus arenosis frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. sordide albi.

894. Stellatum. *L.* Caule diffuso; foliolis obcordatis: capitulis globosis; dentibus calycinis triangularibus, patentibus, nervosis, corolla longioribus. *Savi Obs.* 30.*

Tr. stellatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tr. stellatum purpureum monspessulanum. *J. B. H.* 2. *p.* 376. Lagopus minor erectus capite globoso, stellato; flore purpureo. *Barr. ic.* 860.

In sterilissimis, marginibus viarum obvium. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. rosei.

895. Pallidum. *Waldst.* Caule diffuso: foliolis ovato-subrotundis; stipulis pilosis, cauda setacea: capitulis globosis, dentibus calycinis setaceis rectis, corolla brevioribus. *Savi Obs.* 32.*

Tr. pallidum. *Poir. Enc.* - *W. Sp.* - *Pers. E.*

In pascuis abunde. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albo-virescentes.

Floris colore a simillimo *Tr. pratensi* statim distinguendum.

896. Incarnatus. *L.* Caule erecto: foliolis ob-cordatis; stipulis pubescentibus cauda obtusa; spicis conico-oblongis; dentibus calycinis corolla brevioribus. *Savi Obs.* 35.*

Tr. incarnatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Bivon. Sic. Cent.* 2. *p.* 65. Lagopus major folio trifolii. *Dod. Pempt.* 567. Tr. alopecurum latifolium spica longa. *Barr. ic.* 697.

In agris, pascuis, marginibus vulgare. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albidi vel rosei.

897. Boccone. *Savi Obs. p.* 37.* Caule erecto, sub-ramoso: foliolis oblongo-cuneatis, apice denticulatis: capitulis oblongis, geminatis; dentibus calycinis corollae sub-aequalibus. *Savi l. c.*

Tr. nodiflorum turbinatum. *Bocc. Mus.* 142. *t.* 104. (male).

In ericetis, ad oras nemorosas circa urbem non rarum. *Al Pigneto-Sacchetti*, *alla Lucchina*, *etc.* Ann. Floret Julio. Fl. vexillo rubro, alis carinaque albis.

898. Ligusticum. *Balbis*. Caule sub-ramoso, diffuso: foliolis obovato-cuneatis, sub-retusis: capitulis oblongis his-

pidis, sub-geminatis; dentibus calycinis corolla longioribus.

Tr. ligusticum. *Lois. G.* - *Savi Att. d. Acc. It. T.* 1. *p.* 191. *f.* 8., *et Obs. p.* 38.* Tr. gemellum. *Pourr.* - *W. Sp.* - *Pers. E.*

In nemorosis solo sterili. *Al Settentrione del Monte Mario, a Palazzuola* .... Ann. Floret Junio, Julio. Fl. rosei.

899. Striatum. *L.* Caule diffuso: capitulis ovatis, sessilibus lateralibus terminalibusque; calycibus valide nervosis, dentibus patentibus, corollam sub-aequantibus, *Savi Obs. p.* 39.*

Tr. striatum. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tr. minus villosum purpureum capite parvo echinato. *Barr. ic.* 869.

In nemorosis. *Nella Macchia di Marco-Simone* .... Ann. Floret Junio. Fl. purpurascentes.

C. Calyce piloso, margine integro, dentibus inaequalibus.

900. Maritimum. *Smith Br.** Caule erecto patulo: capitulis sub-globosis; dentibus calycinis brevibus, triangularibus, nervosis, semipatentibus, rigidis, pungentibus, corollae sub-aequalibus. *Savi Obs.* 42.*

Tr. maritimum. *W. Sp.* - *Poir. Enc.* - *Lois. G.* - *Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 69. Tr. rigidum. *Pers. E.* - *Savi Pis.* 2. *p.* 159. Tr. irregulare. *DC. Fl. Fr. et Syn.* Tr. stellatum glabrum. *Pluk. Phyt. t.* 113. *f.* 4.

In pascuis, viis frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albidi.

901. Scabrum. *L.* Caule procumbente: capitulis ovatis, sessilibus, lateralibus terminalibusque; calycinis dentibus rigidis, recurvis, corolla brevioribus. *Savi Obs.* 45.*

Tr. scabrum. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 68. Tr. minus, capite subrotundo parvo albo et echinato. *Barr. ic.* 870.

In aridis, sterilibus ad margines frequens. *A Villa Borghese, sull' Amfiteatro Flavio* .... Ann. Floret Junio. Fl. albi, rosei.

902. Supinum. *Savi Obs.* 46. *f.* 2.* Caule decumbente, dichotomo; stipulis glabriusculis, caudis triangulo-acutis ciliatis: capitulis floribus sub-conicis: dentibus calycinis linearibus rigidis; inferiore carina breviore *Savi l. c.*

In pascuis omnibus vulgare. Floret Junio, Julio. Fl. purpurascentes, albido-rosei.

903. Latinum. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 1. *p.* 7. *t.* 1.* (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 6. *f.* 1.) Caule sub-erecto, dichotomo: foliolis lanceolato-acuminatis; stipulis nervosis pilosis, caudis linearibus acutis: capitulis pedunculatis ovalibus; dentibus calycinis triangulo-subulatis, ciliatis; inferiore tubo corollae breviore. *Sebast. l. c.*

Inventum in sylvula vulgo: *macchia de' Mattei*. Ann. Floret Junio. Fl. albo-rubelli.

904. Pratense. *L.* Caule adscendente; stipulis glabris, caudis brevibus aristaeformibus ciliatis: capitulis ovatis obtusis, dentibus calycinis sub-pilosis, flexilibus; inferiore carina breviore. *Savi Obs.* 49.*

Tr. pratense. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Tr. purpureum vulgare. *J. B. H.* 2. *p.* 374 Trifoglio dei prati. *Matth.* 883.

In pratis, viis omnium vulgatissimum. Perenn. Floret ab Aprili ad aestatem. Fl. purpurei. -Utilissimum omnium.

905. Alpestre. *L.* Caule erecto simplici: stipulis villosis, caudis longis: capitulo ovato; dentibus calycinis rigidiusculis, villosissimis; inferiore carinae subaequali. *Savi Obs.* 54.*

Tr. alpestre. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Tr. majus 2. *Clus.H.* 2. *p.* 245. Tr. majus Clusii secundum non album sed rubrum. *J. B. H.* 2. *p.* 375.

In subapenninis montibus frequens. *Sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Junio. Fl. saturate purpurei.

906. Angustifolium. *L.* Caule erecto: foliolis lineari-lanceolatis, acutis; stipulis ciliatis; capitulo spiciformi, conico, oblongo; dentibus calycinis ciliatis; infimo corollae subaequali. *Savi Obs.* 58.*

Tr. angustifolium. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Tr. alopecurum angustifolium elatius. *Barr. ic.* 698.

In pascuis sterilibus, viarum aggeribus commune. Ann. Floret Junio. Fl. carnei.

907. Ochroleucum. *L.* Foliolis ovatis, oblongis, infimis obcordatis; stipulis pubescentibus, caudis triangulo-acuminatis; dentibus calycinis linearibus, rigidiusculis, semi-patentibus; inferiore extrorsum curvo, carinam aequante. *Savi Obs.* 62.*

Tr. ochroleucum. *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Tr. lagopodioides annuum hirsutum pallide luteum, seu ochroleucum. *Moris. H.* 2. *s.* 2. *p.* 141. *t.* 12. *f.* 12. (mala).

In umbrosis, sylvaticis circa urbem commune. Perenn. Floret Junio. Fl. ochroleuci.

D. Calyce glabro,

908. Glomeratum. *L.* Caule patulo: foliolis obovatis argute dentatis: capitulis axillaribus, sessilibus haemisphoericis. *Savi Obs.* 69.*

Tr. glomeratum. *All. Ped. - Smith Br. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 67. Tr. parvum erectum flore glomerato cum unguiculis. *J. B. H.* 2 *p.* 378.

Tr. cum glomerulis ad caulium nodos rotundis. *Pluck. Phyt. t.* 113. *f.* 5.

In arvis, et collibus circa urbem non infrequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. rosei.

§. II. Trifolia bracteata.

A. Calyce post anthesim inflato, piloso.

909. Tomentosum. *L.* Caule prostrato: capitulis rotundis; bracteis difformibus: pedunculis folio brevioribus. *Savi Obs. p.* 84.*

Tr. tomentosum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tr. glomerulis tomentosis per caulium longitudinem. *J. B. H.* 2. *p.* 379. Tr. luteum capite rotundo folliculoso italicum. *Barr. ic.* 864.

In aridis, marginibus viarum frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. rosei, purpurascentes.

910. Fragiferum. *L.* Caule repente: capitulis rotundis; bracteis difformibus; pedunculis folio longioribus. *Savi Obs.* 76.*

Tr. fragiferum. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 82. Tr. fragiferum minus et majus. *Barr. ic.* 825, 852.

In marginibus viarum, pascuis commune. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. rosei.

911. Resupinatum. *L.* Caule prostrato: capitulis ovalibus; corollis resupinatis; involucris vix conspicuis; pedunculis folio longioribus. *Savi Obs.* 79.*

Tr. resupinatum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tr. pratense folliculatum seu vesicarium minus purpureum. *J. B. H.* 2. *p.* 379. Tr. pratense folliculatum flore inverso, etc. *Barr. ic.* 872. (mala).

In pascuis, secus vias etiam urbis vulgatissimum. Ann. Floret Aprili ad aestatem. Fl. intense rosei.

B. Calyce post anthesim inflato, glabro.

912. Vessiculosum. *Savi Fl. Pis.* 2. *p.* 165. Caule erecto: foliolis lanceolatis, acutis, serratis: capitulis ovatis; leguminibus dispermis. *Savi Obs.* 84.*

Tr. vesiculosum. *Pers. E.* - *Lois. G.*

In pascuis commune circa urbem. Ann. Floret Julio. Fl. albidi, vel rubicundi.

C. Calyce immutato nervoso: corolla immutata; vexillo non sulcato.

913. Repens. *L.* Caule repente solido; dentibus calycinis rectis; leguminibus tetraspermis. *Savi Obs.* 86.*

Tr. repens. *All. Ped.* - *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tr. pratense flore albo minus et foemina glabrum. *J. B. H.* 2. *p.* 380. Tr. pratense. *Dod. Pempt.* 565.

Vulgatissimum in viis, pascuis, praesertim pinguibus. Pe-

renn. Floret Majo ad aestatem. Flores albi, sub-virides, vel carnei. -Foliola saepius macula alba bicorni.

914. Hybridum. *L.* Caule adscendente solido; dentibus calycinis rectis: leguminibus tetraspermis vexillo brevioribus. *Savi Obs.* 90.*

Tr. hybridum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 81. Trifoliastrum annuum corymbiferum album, etc. *Mich. N. Pl. G.* 27. *t.* 25. *f.* 6. *et t.* 25. *f.* 3.

Vulgare in pratis, viis. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. albi, dein fusci.

β. Calyce immutato enervi: vexillo sulcato, apice-deflexo.

915. Agrarium. *L.* Caule diffuso; stipulis petiolo brevioribus; foliis impari-pinnatis trifoliolatis: capitulis ovalibus multifloris; vexillis valide sulcatis. *Savi Obs.* 103.*

Tr. agrarium. *Pollich. Pal.* - *Curtis Lond.* Tr. procumbens. *Smith Br.* 792. - *Lois. G.* Tr. campestre. *Pers. E.*

In pascuis, secus vias solo steriliori vulgare. Ann. Floret Majo ad aestatem. Fl. citrini.

916. Procumbens. *L.* Caule procumbente: stipulis petiolo communi brevioribus: foliis impari-pinnatis trifoliolatis: capitulis sub-20-floris; vexillis laeviusculis.

Tr. procumbens. *Curt. Lond.* - *Savi Obs.* 105.* Tr. minus. *Smith Br.* 1403. - *Engl. bot. t.* 1257. Trifolium lupulinum alterum minus. *Raii Syn.* 3. *p.* 330. *t.* 14. *f.* 3. Trifoliastrum pratense lupulinum minimum folio cordato, etc. *Mich. N. Pl. G.* 29. *O.* 6. *n.* 6.

In Foro Romano et circa Amphitheatrum Flavium frequens legit et specimina communicavit amicissimus Leander Ciuffa. Ann. Floret Majo. Fl. flavi, demum fuscescentes.

Differt a *Tr. filiformi* praesertim statura majore; foliolis obcordatis, lateralibus infra intermedium petiolo communi insertis sub-sessilibus; pedunculis firmioribus: capitulis sub-20-floris, floribus demum reflexis.

917. Filiforme. *L.* Caule decumbente; stipulis petiolo longioribus: foliis ternatis: capitulis paucifloris; vexillo fere laevi. *Savi Obs.* 106.*

Tr. filiforme. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*

α. Minus: caule sub-adscendente. *Savi l. c.*

Tr. lupulinum alterum minimum. *Raii Syn.* 3. *p.* 33. *t.* 14. *f.* 4. Trifoliastrum pratense lupulinum annuum luteum omnium minimum, etc. *Mich. N. Pl. G.* 29. *O.* 6. *n.* 8.

In aggeribus viarum frequens. *Alla Trinità de' Monti, nella Villa Borghese, nel Foro Romano, etc.* Ann. Floret Majo. Fl. flavi.

Foliola exacte ternata. Capitulum floribus 3-9, demum subsecundis.

918. Aureum. *Pollich.* Caule sub-erecto; stipulis petiolo etiam longioribus: foliis ternatis, interdum impari-pinnato-trifoliatis: capitulis ovatis multifloris.

α. Caule firmo parum ramoso. *Savi l. c.*
Melilotus pratensis capitulis longissimis pedienlis insidentibus. *Vaill. Par. t.* 22. *f.* 4. (petiol. nimis longis).

β. Caule debili ramoso, diffuso. *Savi l. c.*
Tr. agrarium. *Fl. Dan. t.* 558.- *Lois. G.* Tr. agrarium aureum. *Pers. E.*

In pratis montanis Latii et Sabinae α frequens; β in agris, marginibus, etiam viis urbis commune. Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. aurei.

919. Sebastiani. *Savi in Diar. Med. Flajani ann.* 1815. (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 5. *f.* 1.) Caule diffuso; stipulis petiolo etiam longioribus; foliis ternatis; capitulis sphoericis laxis. *Savi l. c.* -*Sebast. Rom. Pl. Fasc. alt. p.* 14. *t.* 4.

Ad oras nemorum, in sylvaticis collibus circa urbem, et in montosis frequens. *Al Pigneto di Sacchetti, nella Macchia de' Mattei, di Marco Simone, a Castel Gandolfo, Albano, Frascati, etc.* Ann. Floret Majo, Junio. Fl. dilute lutei.

Caulis cylindricus, glabriusculus, diffusus, vel erectus ramosus. Folia ternata foliolis lanceolatis obtusis, denticulatis, margine vix pubescentibus. Stipulae apertae, in foliis inferioribus petiolo breviores, in superioribus longiores, lanceolatae, acutae, glabrae, nervosae, margine integro non reflexo, apice piliferae. Pedunculi folio paullo longiores: Capitula 10-15-flora globosa, post anthesim haemisphoerica. Flores pallide flavi. Vexillum substriatum obtusum sub-integrum, leviter inflexum, medio ochraceum, margine albescente. Calyx glaber, dentibus subulatis, binis superioribus vix brevioribus, omnibus apice piliferis. Legumen membranaceum monospermum.

§. III. Anomala. Leguminibus semi-nudis.

920. Strictum. *L.* Caule erecto-patulo; stipulis rhombeis, glanduloso-denticulatis: capitulis densis ovatis; calyce glabro, dentibus sub-aequalibus; leguminibus nudis, compressis, dispermis.

Tr. strictum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Fl. Fr.*, *et Syn.* - *Savi Obs.* 114.* Trifoliastrum pratense annuum erectum minimum foliis longis, etc. *Mich. N. Pl. G.* 29. *t.* 25. *f.* 7.

In Foro Romano repertum ab amicissimo Leandro Ciuffa pluries commendato. Ann. Floret Majo. Fl. albo-carnei, parvuli.

Foliola lanceolata, angusta, argute serrulata, serraturis inflexis, glandulosis. Stipulae grandiusculae ad dimidium usque connatae, rhomboideae, margine glanduloso-serrato.

Capitula subrotunda densa. Legumen nudum (Meliloti), apice rostratum, 1-saepius 2-spermum. - Nexum Trifolia inter et Melilotos constituit.

(343) LOTUS.

A. Legumine alis foliaceis quadrangulari.
(*Tetragonolobus*).

921. Siliquosus. *Enc.* Leguminibus solitariis, membranaceo-quadrangulis: caulibus decumbentibus; bracteis lanceolatis. *DC. Syn.*
L. siliquosus. *Savi* 2 *Cent. p.* 134.*
α. Sub-villosa. *DC. l. c.*
L. siliquosus. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* L. tetragonolobus. *Riv. tetr.* 79. L. siliquosa lutea monspeliensis. *J. B. H.* 2. *p.* 359.
β. Glabra. *DC. l. c.*
L. maritimus. *L.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* L. siliquosus *β*. *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 55.
In pratis humidis; *β* in maritimis, juxta sepes frequens. *A Fiumicino*, *etc.* Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

922. Tetragonolobus. *L.* Leguminibus sub-solitariis membranaceo-quadraugulis: bracteis ovatis: caule decumbente, foliisque villosis.
L. tetragonolobus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p* 54.
In collibus maritimis, nec non in sterilibus circa urbem. *In copia presso Corneto sul Monte-riccio*, *etc.* Ann. Floret Junio. Fl. purpurei.

B. Legumine non alato.

923. Ornithopodioides. *L.* Leguminibus sub-ternatis, arcuatis, compressis, articulatis: caulibus diffusis. *Pers. E.*
L. ornithopodioides. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* L. ornithopodii siliquis. *J. B. H.* 2. *p.* 358.
In sterilissimis communis. *In copia sul Testaccio*, *etc.* Ann. Floret Aprili, Majo. Fl. lutei.

924. Diffusus. *Soland. in herb. Banks.* Pilosus: caule ramosissimo decumbente: pedunculis axillaribus 1-2-floris; bracteis sub-3-phyllis: calycibus corolla paullo brevioribus; leguminibus teretibus, strictis, gracilibus, polyspermis. *Lois. Notic.* 117.
L. diffusus. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* Trifolium corniculatum minus pilosum. *C. B. Prod.* 144.
In collibus, oris sylvaticis circa urbem frequens. *Alla Caffarella*, *a Villa Madama*, *alla Lucchina*, *ad Albano presso i Cappuccini*, *etc.* Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. lutei vexillo saturatiore.
Caules decumbentes, interdum adscendentes. Folia utrinque pilosa. Legumina compresso-teretia, angustissima, calyce pilosissimo sextuplo longiora.

1003. Arabicum. *W. Sp.* Foliis decurrentibus, sub-tomentosis, sinuatis, dentatis, spinosis: calycinis squamis ovatis, mucronatis, adpressis. *W. Sp.* - *Pers. E.*

O. calycibus imbricatis. *Linn. H. Ups.* 249. Carduus tomentosus acanthifolio altissimus, lusitanicus. *Barrel. ic.* 591. Acanthium altissimum lusitanicum. *Moris. H.* 3. p. 153.

In agro Romano vulgatissimum. Bienn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei. - Statura humana.

1004. VIRENS. *DC. Fl. Fr. 6. p.* 456. Caule ramoso: foliis decurrentibus, sinuatis, dentatis, spinosis, glabriusculis, virescentibus; calycinis squamis patentibus, concavis, pubescenti-viscidis.

Onopordon. *Dod. Pempt.* 738. *f.* 1. O. virens majoribus capitis spinis. *Barr. ic. t.* 501. Carduus quibusdam dictus Acanthium illyricum. *J.B.H.* 3. *p.* 55. (ic. nec descr.) - *Lob. ic.* 2. *p.* 1. *f.* 3.

In ruderatis, ad vias frequens in urbe ipsa. Bienn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurei.

Planta fere glabra, caule et foliorum nervis pubescenti-viscidis, nec tomentoso-alba ut in *O. illyrico*.

(378) CYNARA.

1005. CARDUNCULUS. *L.* Foliis spinosis, omnibus pinnatifidis: calycinis squamis ovatis. *L.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*

Scolymus aculeatus. *Tabern. H.* 1075.

In pascuis, marginibus agrorum mare versus frequens. Vulgo: *Carduccio*. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. coerulei.

(379) CARDUUS.

1006. LEUCOGRAPHUS. *L.* Caule erecto sub-simplici: foliis oblongis, sinuato-dentatis, subtus tomentosis, sessilibus, decurrentibus: pedunculis nudis, longissimis, unifloris. *Lois. G.*

C. leucographus. *All. Ped. t.* 73. - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.*

In aggeribus, arvis frequens. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei.

1007. NUTANS. *L.* Foliis decurrentibus, repando-dentatis, spinosis, utrinque sub-glabris: floribus solitariis cernuis: squamis calycinis lanceolatis; exterioribus patentibus, sub-lanatis.

C. nutans. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 138. - *Bauh. H.* 3. *p.* 56.

Ad vias et in ruderatis vulgaris. Bienn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei.

1008. PYCNOCEPHALUS. *L.* Foliis decurrentibus, pinnatifido-sinuatis, pubescentibus, spinosis: pedunculis nudis, tomentosis; calycibus sub-cylindricis, aggregatis. *Lois. G.*

C. pycnocephalus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 140. (excl. synonimis Barrel. et Triumphetti).

In aggeribus, ad sepes vulgaris. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei.

1009. Marianus. *L.* Foliis amplexicaulibus, repandis, spinosis; radicalibus pinnatifidis: squamis calycinis foliaceis refractis, margine aculeatis. *Smith Br.**
C. marianus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 139. Spina alba hortensis. *Fuchs. H.* 56. C. marianus lacteis maculis notatum. *J. B. H.* 3. *p.* 52.
In ruderatis, ad vias communis. Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei. Folia maculis albis insignita.

1010. Mollis. *L.* Foliis pinnatifidis, linearibus, margine revolutis, subtus tomentosis: caule sub-nudo unifloro: calycinis squamis tomentosis, ovato-lanceolatis, squamosis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*
C. mollis laciniato folio. *Bauh. pin.* 377. C. mollior primus. *Clus. H.* 2. *p.* 151.
In subapenninis montibus. *Monte Calvo presso Subiaco....* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurei.

(380) CNICUS.

A. Foliis decurrentibus.

1011. Pungens. *W. Sp.* (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 7.) Foliis decurrentibus, subtus lanuginosis, pinnatifidis, spinosis: floribus racemoso-glomeratis; squamis calycinis ovatis, spinosis; spinis patentibus. *W. l. c.* - *Sebast. R. Pl. F.* 1. *p.* 9. *t.* 2.*
C. pungens. -Foliis decurrentibus subtus lanuginosis, pinnatifidis, spinosis: floribus racemoso-glomeratis: squamis calycinis ovatis, spinosis; spinis pungentibus. *Biv. Sic. Pl. C.* 1. (?) C. polyanthemus. -Foliis decurrentibus pinnatifidis dentato-spinosis, subtus tomentosis: floribus glomerato-racemosis: squamis calycinis ovatis, spina recta patenti sub-brevioribus. *Bertol. Opusc. Sc. Bol. Fasc.* 4. *p.* 209. Carduus polyanthemus. -Foliis decurrentibus sinuatis, subtus *nudis*: floribus pedunculatis congestis. *Linn. Mant.* 109. Carduus pycnopolycephalus palustris. *Triumph. Obs.* 104. (ic. mala).
Ad fossas circa urbem vulgaris. Bienn. Floret Junio, Augusto. *Fl.* purpurei.
Willdenowii hic allatis characteribus specificis, nec non ejus accuratissima descriptione, plantam nostram (quae Triumphetti stirps et Linnaei *Carduus polyanthemus*) eamdem rem esse cum *Cnico pungente* W. eruitur. Nec obstat cl: Bertolonium observatione inita super specimina *Cn. pungentis* a cl: Bivona accepta asseruisse l. c. plantam nostram a Sicula illa characteribus quibusdam, neo magni quidem momenti, differre. Hujusmodi enim discrepantia sententiam nostram oppugnare sola non valet.

1012. Acarna. *Gouan. Monsp.* Foliis decurrentibus lanceolatis canis, dentatis, spinosis: floribus aggregatis, invo-

lucratis: calycinis squamis lanceolatis; inferioribus spina pinnata terminatis. *W. Sp.*

Cu. acarna. *All. Ped.* – *Pers. E.* - *Lois. G.* Carduus acarna. *L.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 138. Cirsium acarna. *DC. Syn.* Chamaeleon Salmanticensis. *Clus. H.* 155. - *Dod. Pempt.* 717.

In montibus calcareis. *Intorno a Santo Polo* .... Ann. vel Bienn. Floret Julio, Augusto. Fl. dilute purpurei.

1013. Lanceolatus. *Roth G.* Foliis decurrentibus, hispidis, pinnatifidis; laciniis bilobis, divaricatis, spinosis: calycibus ovatis, aracnoideo-pubescentibus; squamis lanceolatis, spinosis, patentibus. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.*

Carduus lanceolatus. *L.* - *Smith Br.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 138.* Cirsium lanceolatum. *All. Ped.* - *DC. Syn.* Carduus lanceolatus s. sylvestris Dodonei. *J. B. H.* 3. *p.* 58.

In ruderatis, ad vias vulgaris. Bienn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei.

1014. Italicus. *Nob.* Foliis sub-decurrentibus, pinnatifidis, spinosis, superne scabris, subtus tomentosis: calycibus ovatis, glabris; squamis lanceolatis, spinosis, adpressis. *Savi B. Etr.* 3. *p.* 140. (sub Carduo).

Cirsium italicum. *DC. Cat. H. Monsp. p.* 96.* Acarna minor caule non folioso. *Moris. H.* 3. *s.* 7. *t.* 34. *f.* 5. Phoenix Leo: Carduus ferox. *Lob. ic.* 2. *p.* 15. - *Dodon. Pempt.* 738. *f.* 2. – *J. B. H.* 3. *p.* 92. *f.* 1.

In Sabinae montibus. *Sul Monte Gennaro* .... Bienn. Floret Julio, Augusto. Fl. rubelli.

1015. Strictus. *Tenore Prod. p.* 48. Foliis semi-decurrentibus, sub-coriaceis, lanceolatis, sinuatis lobis 2-3-fidis, spinosis divaricatis; subtus tomentosis: floribus terminalibus racemoso-glomeratis sub-sessilibus calycinis squamis lanceolatis mucronatis patentibus. *Sel ast. R. Pl. F.* 2. *p.* 18.*

Carduus nemorosus italicus. *Barrel. obs.* 925. Carduus pycnocephalus sylvestris. *Triumph. Obs.* 100.

In montibus Sabinae et Latii vulgaris. Perenn. Floret Augusto. Fl. purpurei.

B. Foliis sessilibus.

1016. Eriophorus. *Roth G.* Foliis sessilibus, pinnatifidis, hispidis; laciniis geminatis, divaricatis, spinosis: calycibus globosis arachnoideo-villosis; squamis oblongis apice linearibus, elongatis, mucronatis, reflexis. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.*

Carduus eriophorus. *L.* Cirsium eriophorum. *All. Ped.* - *DC. Syn.* Carduus eriocephalus. *Clus. H.* 154.

In calcareis montibus. *Monte Calvo di Subiaco*, *Monte Gennaro*, *etc.* Bienn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurei.

1017. Syriacus. *W. Sp.* (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 8.) Caule ra-

moso : foliis amplexicaulibus auriculatis, oblongis, pinnatifidis, spinosis, albo-venosis, utrinque glabris : floribus capitato-glomeratis, axillaribusque, subsessilibus, bracteatis; squamis calycinis oblongo-lanceolatis mucronatis patentibus. *Sel as. R. Pl. F. 2. p. 20. t. 6.**

C. syriacus. *Pers. E.* Carduus syriacus. *L.-Desf. Atl.* C. maculis albis notatus exoticus. *C. B. P.* 380. C. lacteus syriacus. *Camer. Hort.* 35. *t.* 10. (ic mala). C. lacteus peregrinus Camerarii. *J. B. H.* 3. *l.* 15. *cap.* 55. Cirsium syriacum. *Gaertn. Fruct. cum ic.*

Reperta extra Portam Portuensem : *presso Ponte-Galera*. Biennis. Floret Julio. Fl. purpurei.

1018. Arvensis. *Hoff. G.* 4. *p.* 180. Foliis sessilibus, pinnatifido-dentatis, undulatis, spinosis : caule paniculato : calycibus ovatis, spinulosis, demum cylindricis.

Cn. arvensis. *Lois. G.* Cirsium arvense. *All. Ped.-DC. Syn.* Serratula arvensis. *L.- W. Sp.* Carduus arvensis. *Smith Br.** - *Pers. E.* Carduus serpens laevicaulis. *J. B. H.* 3. *p.* 59. Ceanothus Theophrasti. *Col. ecphr.* 1. *p.* 45. *t.* 46.

In vineis, arvis, aggeribus communis. Vulgo : *Stoppione*. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. purpurei.

(381) SERRATULA.

1019. Tinctoria. *L.* Foliis sub-bipinnatifidis, argute serratis; lobis inferioribus minoribus, remotis; superioribus coalescentibus; terminali maximo. *DC. Mem.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 142.

S. tinctoria. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Carduus tinctorius. *All. Ped.* Serratula. *Dod. Pempt.* 42.

In montosis. *A Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurei.

Sect. III. (*Flores Discoidei*) : *corymbiferi*; *corollulis flosculosis*.

§. 1. Receptaculo nudo.

(382) EUPATORIUM.

1020. Cannabinum. *L.* Foliis oppositis, petiolatis, tripartitis, laciniis lanceolatis, serratis, intermedia longiore : caule erecto, sub-simplici : floribus corymbosis. *Savi B. Etr.* 3. *p.* 143.

E. cannabinum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br**. - *Lois. G.*- *DC. Syn.* E. adulterinum. *Fuchs. H.* 265. - *J. B. H.* 2. *p.* 1065.

In umidis, secus fossas frequens. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. pallide rosei.

(383) CHRYSOCOMA.

1021. Linosyris. *L.* Caule erecto, herbaceo, sub-simplici; floribus corymbosis; calycibus laxis. *Savi B. Etr.* 3. *p.* 144.

Ch. linosyris. *All. Ped. t.* 11. *f.* 2. - *W. Sp.* - *Pers. E.-Lois. G.*-

DC. Syn. Osyris austriaca. *Clus. H.* 325. Ch. Dioscoridis et Plinii. *Col. Ecphr.* 81. *t.* 82.

In collibus, et in maritimis. *Sul Monte Mario, intorno ad Ostia...* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

§. 2 Receptaculo paleaceo, vel piloso.

(384) SANTOLINA.

1022. Maritima. *Smith Br.** Dense-tomentosa: caule decumbente, ramoso: foliis oblongis, crenulatis, obtusis: floribus terminalibus, corymbosis. *Lois. G.*

S. maritima. *W. Sp.* - *Pers. E.* Athanasia maritima. *L.* Diotis candidissima. *Desf. Atl.* 2. *p.* 261. - *DC. Syn.* Chrysanthemum perenne gnaphaloides maritimum. *Moris. H.* 3. *p.* 81. *s.* 6. *t.* 4. *f.* 47.

In litore arenoso maris nostri. *Ad Ostia, Fiumicino, Civitavecchia, etc.* Perenn. Floret Junio. Fl. lutei.

(385) BIDENS.

1023. Tripartita. *L.* Floribus discoideis; calycibus exterioribus flore majoribus: foliis tripartitis; foliolis lanceolatis, dentatis.

B. tripartita. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Eupatorium aquatile. *Dod. Pempt.* 595.

In inundatis, ad fossas: *a S. Pietro Montorio, intorno al lago della Villa Pamphili in copia....* Ann. Floret Augusto, Septembri. Fl. flavi.

SYNGENESIA POLYGAMIA-SUPERFLUA.

Sect. I. Flores flosculosi.

(386) TANACETUM.

1024. Vulgare. *L.* Foliis bipinnatifidis, incisis, serratis. *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 147.

T. vulgare. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* T. *Dod. Pempt.* 36.

In montosis ad margines. Vulgo: *Matricalone*. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

Variat foliis crispis.

(387) ARTEMISIA.

A. Receptaculo nudo.

1025. Vulgaris. *L.* Foliis subtus tomentosis; caulinis pinnatifidis, laciniis lanceolatis sub-dentatis acutis; floralibus indivisis, linearibus lanceolatis: floribus sub-sessilibus, oblongis, erectis, calycibusque tomentosis. *W. Sp.* - *Lois. G.*

A. vulgaris. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *DC. Syn.* A. latifolia. *Fuchs. H.* 84. A. *Matth. Valgr.* 2. *p.* 202.

In cultis, ruderatis, aggeribus vulgaris. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. luteo-rufi.

1026. Maritima. *L.* Caule herbaceo, ramoso, adscendente;

ramulis cernuis : foliis niveo-tomentosis, multifidis ; laciniis planis, linearibus; rameis simplicibus, linearibus: floribus oblongis, tomentosis, sessilibus. *DC. Syn.*

A. maritima. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi* 2 *Cent. p.* 172. - *Santi Viagg.* 2 *p.* 312. *t.* 9. Seriphium vulgare perperam Dioscoridis. *Lob. ic.* 755.

In maritimis. *Presso Civitavecchia*... Perenn. Floret Augusto. Fl. sublutei.

B. Receptaculo villoso.

1027. Argentea. *Ait. Kew.* 6. *p.* 170. Fruticosa : foliis bipinnatifidis, sericeis, candidis, foliolis lanceolato-linearibus : floribus globosis : ramulis floriferis virgatis. *W. Sp.* - *Pers. E.*

In muris antiquis urbis, *Sul Sepolcro di Cecilia Metella, sul Tempio detto di Minerva Medica, sul Castro Pretoriano, etc.* Frut. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

1028. Camphorata. *Vill. Delph.* 3. *p* 242. Foliis caulinis pinnatis, glabriusculis, pinnis trifidis linearibus; floralibus indivisis linearibus : caule erecto; panicula virgata; floribus globosis, pedunculatis, nutantibus. *W. Sp.* - *Pers. E.*

A. camphorata. *Bell. app. ad Fl. Ped. p.* 37.* - *Lois. G.* A. corymbosa. *Lam. Enc.* - *DC. Syn.* Abrotanum odoratum humile. *Dod. Pempt.* 22.

In montium sterilibus non rara. *Intorno a Tivoli*... Suffr. Floret Julio, Augusto. Fl. sub-lutei.

1029. Absynthium. *L.* Foliis incanis; radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis lanceolatis dentatis obtusis; caulinis bipinnatifidis pinnatifidisve, laciniis lanceolatis acutiusculis; floralibus indivisis, lanceolatis : floribus globosis, lanceolatis, nutantibus. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.*

A. absynthium. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *DC. Syn.* A. *Matth. Valgr.* 2. *p.* 47. A. vulgare. *Fuchs. H.* 1.

In pagis, ad ruderata. Offic. *assenzio*. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

(388) XERANTHEMUM.

1030. Inapertum. *W. Sp.* Calycinis squamis exterioribus ovatis, acutis, margine membranaceis; interioribus lanceolatis, acutis, conniventibus.

X. inapertum. *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* X. annuum *β. L.* X. oleaefolio capitulis simplicibus, etc. *Moris. H.* 3. *p.* 43. *s.* 6. *t.* 12.

In subapenninis apricis. *A Raviano, presso Tivoli*... Ann. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurascentes.

(389) GNAPHALIUM.

1031. Angustifolium. *Lam. Enc.* Caule suffruticoso, tomentoso : foliis linearibus, margine revolutis : floribus angustis, sub-cylindricis, corymbosis; corymbo composito. *Savi B. Etr.* 3. *p.* 148.

Gn. angustifolium. *Pers. E.* – *Lois. G.* Chrysocome marina umbellata. *Barrel. ic.* 1125.

In siccis et arenosis collibus, aggeribus. *A Ponte Galera, Tivoli, Palombara, Montagna di Viterbo* .... Perenn. Floret Junio, Augusto. Fl. citrini.

(390) FILAGO.

1032. Gallica. *L.* Caule erecto, superius sub-dichotomo: foliis linearibus acuminatis, revolutis, canescentibus: floribus subulatis, confertis, alaribus, terminalibusque. *Savi B. Etr.* 3. *p.* 152. (sub Gnaphalio).

F. gallica (filiformis). *Pers. E.* Gnaphalium gallicum. *All. Ped.* - *Smith Br.** – *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Gn. vulgare tenuifolium. *J. B. H.* 3. *p.* 159. Gn. vulgare medium. *Moris. H.* 3. *s.* 7. *tab.* 11. *f.* 14.

In aridis, collibus communis. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. fusco-albidi.

1033. Germanica. *L.* Caule erecto dichotomo, foliis lanceolatis: capitulis globosis, multifloris, lateralibus, terminalibusque. *Smith Br.** (sub Gnaphalio).

F. germanica. *Pers. E.* Gnaphalium germanicum. *All. Ped.* – *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC Syn.* – *Savi B. Etr.* 3. *p.* 151.* - *J. B. H.* 3. *p.* 158. Filago s. impia. *Dod. Pempt.* 66.

In siccioribus, aggeribus frequens. Ann. Floret Junio. Fl. fusco-albidi. - Tota planta lanata, griseo-albida.

(391) MICROPUS.

1034. Pigmaeus. *Desf. Atl.* 2. *p.* 307. Floribus sub-acaulibus sessilibus: foliis floralibus majoribus. *DC. Syn.*

Filago pigmaea. *L.* – *W. Sp.* – *Lois. G.* Evax pigmaea. *Lam ill. t.* 694. - *Pers. E.* – *Savi B. Etr.* 3. *p.* 152. Gnaphalium pigmaeum. *Enc.* Gn. roseum. *Barr. ic.* 127. *f.* 4. – *Moris. H.* 3. *s.* 7. *t.* 11. *f.* 17.

In maritimis. *Presso Civitavecchia* .... Ann. Floret Junio. Fl. spurco-lutescentes.

(392) CONYZA.

1035. Squarrosa. *L.* Caule herbaceo, erecto, corymboso: foliis ovato-oblongis, dentatis, scabris: calycinis squamis squarrosis foliaceis.

C. squarrosa. *All. Ped.* – *W. Sp.* – *Smith Br.** – *Lois. G.* - *DC. Syn.* C. major. *J. B. H.* 2. *p.* 1051.

In incultis, ad muros vulgaris. Bienn. Floret Julio, Augusto. Fl. spurco-flavescentes.

1036. Sordida. *L.* Caule suffruticoso; ramoso: foliis tomentosis, linearibus, angustissimis: pedunculis longis subtrifloris: squamis calycinis ovato-lanceolatis adpressis.

C. sordida. *All. Ped.* – *W. Sp.* - *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* – *Vivian. Ann. Bot.* 1. *P.* 2. *p.* 180. Gnaphalium sordidum. *L. Sp.* Stoechas citrina altera. *Lob. ic.* 486. St. citrina altera. *Barr. ic.* 366, *et* 277.

In muris omnibus vulgaris. Perenn. Floret Junio, Augusto Fl. spurco-flavescentes.

1037. Ambigua. *DC. Fl. Fr.* 6. *p.* 468. Caule herbaceo hirto, sub-simplici: foliis lineari-lanceolatis sub-integerrimis; panicula pyramidali, pedunculis sub-trifloris, superioribus simplicibus, brevioribus.

Erigeron linifolium. *W. Sp.*? E. droebachense. *Fl. Dan.* *t.* 874.? E. acre *β. W. Sp.*?

In ruderaiis, ad vias, muros vulgaris. Perenn. Floret a Julio ad hyemem. Fl. sordide albidi.

Similis *Erigeroni Canadensi* quocum promiscue luxuriat. Differt radio tubuloso (constanter ut videtur), floribus majoribus, paucioribus, caule magis scabro, foliis breviter hirsutis, carina inferne pilis longiusculis donata, nec margine ciliato, herba tota colore sub-griseo.

Sect. II. Flores radiati.

§. 1. Receptaculo nudo: seminibus papposis.

(393) ERIGERON.

1038. Siculum. *L.* Caule paniculato, pedunculis foliosis: foliis lineari-lanceolatis, scabris, sub-integerrimis: calycinis squamis linearibus laxis florem superantibus.

E. siculum. *Pers. E.* Conyza sicula. *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Solidago pratensis. *Savi Pis.* Conyza sicula annua foliis atro-virentibus, caule rubente. *Bocc. Sic.* 62. *t.* 31. *f.* 4. - *Pluk. phyt.* 168. *f.* 2.

In maritimis ad stagna. *Ai Ponticelli d' Ostia*... Ann. Floret Autumno. Fl. lutescentes.

1039. Graveolens. *L.* Caule erecto, ramoso, ramis multifloris; pedunculis axillaribus sub-unifloris folio brevioribus: foliis lanceolato-linearibus, pubescenti-viscidis.

E. graveolens. *W. Sp.* - *Lois. G.* - *Pers. E.* Solidago graveolens. *Lam. Fl. Fr.* - *DC. Syn.* Conyza minor vera. *Barr. ic.* 370. - *Lob. ic.* 346.

In pascuis, agris requietis communis. Vulgo: *Coda di Volpe dei fanelli*. Ann. Floret Augusto, Septembri. Fl. lutei.

1040. Canadense. *L.* Caule hirto, floribusque paniculatis: pedunculis multifloris: foliis lineari-lanceolatis, sub-integerrimis, ciliatis.

E. canadense. *All. Ped.* - *Smith Br.*° - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Conyza annua acris alba linariae folio. *Moris. H.* 3. *p.* 115. *s.* 7. *t.* 20. *f.* 29. Virga annua virginiana hirsuta, flore pallido. *Zannon. H.* 1. *p.* 204. *t.* 78.

In ruderatis, cultis circa urbem; jam regionum nostrarum civis. Ann. Floret aestate, autumno. Fl. pallide-lutescentes, sordidi.

1041. Acre. *L.* Caule erecto piloso, pedunculis alternis, uni-

floris : foliis lanceolato-lingulatis : pappo rufescente seminibus duplo-longiore.

E. acre. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *Pers. E.-Lois. G.* - *DC. Syn.* Amellus montanus aequicolarum. *Columm. ecphr. 2. p. 25. t. 26 f. 2.*

In apricis montium. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. coerulescentes.

(394) ASTER.

1042. Tripolium. *L.* Caule corymboso glabro : foliis lineari-lanceolatis, crassiusculis, trinerviis, glabris, sub-integerrimis : calycinis foliolis obtusis, margine sub-ciliatis.

A. tripolium. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Tripolium. *Dod. Pempt.* 379.

In maritimis udis. *Ai ponticelli d'Ostia* .... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. disco luteo, radio coeruleo-purpurascente.

(395) SOLIDAGO.

1043. Virga-aurea. *L.* Caule sub-flexuoso erecto ; foliis ovato-lanceolatis, serratis : racemis paniculatis erectis distinctis. *Savi 2 Cent. p. 181.**

S. virga-aurea. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Virga aurea vulgaris latifolia. *J. B. II. 2. p.* 1062.

In montium sylvaticis. *Sul Monte Gennaro, Monte Albano* .... Perenn. Floret Julio-Septembri. Fl. lutei.

(396) INULA.

1044. Odora. *L.* Hirsuto-lanuginosa : foliis sub-integerrimis, radicalibus ovato-oblongis, petiolatis ; caulinis cordato-lanceolatis amplexicaulibus : caule paucifloro.

I. odora. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi 2 Cent. p.* 179.* - *Biv. Sic. Pl. C.* 1. *p.* 44. Aster odorus. *All. Ped.* Asteris altera species apula. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 251. *t.* 253. Baccaris minor Italica flore asteris luteo. *Barr. ic.* 245.

In apricis circa urbem et proprius mare. *Alla Villa Pamfili in copia* .... Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. lutei.

Caulis simplex, superne sub-corymbosus floribus 2-6.

1045. Dysenterica. *L.* Foliis cordato-oblongis amplexicaulibus : caule villoso paniculato corymboso, ramis patulis : calycinis squamis setaceis hirtis.

I. dysenterica. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Aster dysentericus. *All. Ped.* Calaminthae tertium genus. *Fuchs. H.* 436. Conyza media. *Matth. Valgr.* 872.

In humidis, ad vias, sepes vulgaris. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

1046. Pulicaria. *L.* Foliis amplexicaulibus oblongis, undu-

latis, villosis: caule ramoso, paniculato: floribus, subglobosis, radio brevissimo, calycibus villosissimis.

I. pulicaria. *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi* 2 *Cent. p.* 180.* Aster pulicarius. *Scop. Carn.* - *All. Ped.* Conyza minima. *Dodon. Pempt.* 52.

In humidiusculis sabulosis circa urbem non infrequens. Ann Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

1047. Salicina. *L.* Glabra: foliis lanceolato-acutis, sessilibus, serrato-scabris: caule angulato sub-corymboso, ramis paucis unifloris; calycinis squamis ciliatis, apice coloratis.

I. salicina. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Aster montanus. *All. Ped.* Aster montanus luteus, salicis glabro folio. *Bauh. Pin.* 266.

In nemorosis circa urbem. *Al Pigneto di Bichi*.... Ann. Floret Junio, Julio. Fl. aurei.

Caulis saepius simplex uniflorus. Folia minime pilosa, subtus rigidula, ut plurimum recurva.

1048. Viscosa. *Desf. Atl.* 2. *p.* 274. Piloso-viscosa: foliis lanceolatis sub-serratis, caule virgato, superne ramoso; ramis racemosis: pedunculis foliosis: calycibus squarrosis glabris.

I. viscosa. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* Erigeron viscosum. *L.* - *All. Ped.* - *Lois. Gall.* Conyza major. *Dodon. Pempt.* 51. C. capitata seu globosa. *Bocc. Sic.* 14. *t.* 7.

In sterilissimis, rupestribus, ad muros communis. Vulgo: *Coda di Volpe*. Perenn. Fl. Augusto - Octobri. Fl. lutei.

1049. Crithmoides. *L.* Foliis linearibus carnosis tricuspidatis integrisve: pedunculis squamatis calycibusque glabris.

I. crithmoides. *Lois. G.* - *DC. Syn.* I. crithmifolia. *W. Sp.* - *Pers. E.* Crithmum chrysanthemum. *Dod. Pempt.* 705.

In maritimis communis. *Ad Ostia*.... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

Caulis non raro decumbens, uniflorus, vel sub-corymbosus.

1050. Montana. *L.* Villoso-sericea: foliis lanceolatis integerrimis: caule unifloro: calyce imbricato.

I. montana. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi* 2 *Cent. p.* 179. - *Biv. Cent.* 1. *p.* 43. Aster montanus. *All. Ped.* A. augustifolius luteus. *J. B. H.* 3. *p.* 1046.

In montosis sterilibus. *A Monte Gennaro* .... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. lutei.

(397) TUSSILAGO.

1051. Farfara. *L.* Flore radiato: scapo unifloro squamato: foliis cordato-angulatis, dentatis, subtus lanatis, hysteranthiis.

T. farfara. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* -

Lois. G. - *DC.Syn.* Bechion s. farfara. *Dod. Pempt.* 596. T. *Matth. Valgr.* 844. T. vulgaris. *Hort. Rom.* 8. *t.* 22.

Vulgaris in solo argillaceo, cujus certum indicium habetur. Perenn. Floret Martio, Aprili. Fl. lutei.

1052. Petasites. *W. Sp.* Floribus flosculosis: scapo thyrsoideo; thyrso oblongo: foliis cordatis, inaequaliter denticulatis, subtus pubescentibus, baseos lobis approximatis. T. petasites. *Pers. E.* - *DC. Syn.*

α. Hermaphroditica. *W. Sp.* - *Pers. l. c.* Floribus fere omnibus hermaphroditis.

T. petasites. *L.* - *All. Ped.* - *Smith. Br.** - *Lois. G.* - Petasites. *Dod. Pempt.* 597.

β. Foeminea. *W. Sp.* - *Pers. E.* Thyrso elongato: pedunculis multibracteatis. flosculis foemineis pluribus.

T. hybrida. *L.* - *All. Ped.* - *Smith Br.** - *Lois. G.* Petasites major, floribus pedunculis longis insidentibus. *Dill. Elth.* 309. *t.* 230. *f.* 297.

Secus rivos, fossas communis. Perenn. Floret Martio, Aprili. Fl. carneo-albidi.

(398) SENECIO.

A. Floribus flosculosis.

1053. Vulgaris. *L.* Foliis pinnatifido-sinuatis, dentatis, amplexicaulibus: floribus corymboso-coarctatis.

S. vulgaris. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* Erigeron minus. *Dod. Pempt.* 641.

In vineis, aggeribus, herbosis ubique. Ann. Floret Januario-Martio. Fl. lutei.

B. Floribus radiatis; radio revoluto.

1054. Leucanthemifolius. *Poir. it.* 2. *p.* 288. Radio revoluto: corymbis paucifloris: foliis spathulatis, dentatis, sub-incisis; superioribus pinnatifidis, basi amplexicaulibus.

S. leucanthemifolius. *Desf. Atl.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* S. vernus. *Bivon. Sic. Cent.* 1. *p.* 73. *t.* 5.* Jacobaea humilis vernalis, subrotundo Senecionis folio. *Bocc. mus.* 169. *t.* 100. (fig. mala. *Biv. l. c.*). Jacobaea supina maritima. *Triumf. Obs. p.* 90. (cum ic. mala).

In maritimis nostris communis. *Ad Ostia*, *Fiumicino*, *a Ponte Galera*, *etc.* Ann. Floret Aprili-Julio. Fl. lutei.

Exemplaria nostra cum icone citata cl: Bivona adamussim quadrant, tota licet graciliora, foliisque superioribus minus explicatis. Caeterum tabula illa Barrelieri cui cl: Willdenowius *Senecionem crassifolium* suum refert, plantam a nostra non longe dissimilem praebet, in qua folia omnia sub-incisa, nec *inferiora obtuse sinuata*, *superiora integerrima*.

C. Floribus radiatis: radio patente.

1055. Erraticus. *Bert. It. Pl. Dec.* 5.* Radio patente: semi-

nibus glabris; ramis divaricatis; foliis pinnato-lyratis, inciso-dentatis; inferiorum impari cordato-elliptico, maximo, obtusissimo, dentato. *Bert. l. c.*

Jacobaea vulgaris laciniata C. B. P. foliis ad raphanum accedentibus, minus hirsutis, C.B.P. *Bonann. Panph. t.* 159.

Ad sepes, ripas, vias campestres communis. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

Maxime affinis *Senecioni aquatico* Smithii ... Differt praecipue et constanter foliorum inferiorum pinna impari maxima, cordato elliptica, obtusissima, apice aeque lata ac basi, undique dentata, nec ovato-superne-angustata, sub-integra; ramisque magis divaricatis .... *Bert. l. c.*

1056. Saracenicus. *L.* Foliis lanceolatis basi cuneatis, argute serratis, subsessilibus, glabriusculis: floribus corymbosis.

S. saracenicus. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Solidago sarracenica. *Fuchs. H.* 728. - *J. B. H.* 2. *p.* 1062.

In montium lucis. *Sul Monte Cavi*, *Monte Gennaro*, *la Paranzana*... Perenn. Floret Junio-Augusto. Fl. lutei.

(599) CINERARIA.

1057. Campestris. *Retz Prod. Fl. Scand.* Floribus umbellatis, terminalibus: caule simplici, foliisque lanuginoso-tomentosis; radicalibus ovatis, crenulatis, in petiolum attenuatis; superioribus lanceolatis, integerrimis, sessilibus.

C. campestris. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* C. alpina γ. integrifolia. *L.* Jacobaea montana angustifolia non laciniata. *Moris. H.* 3. *p.* 111. *s.* 7. *t.* 12. *f.* 28.

In sylvaticis, praesertim montosis. *Intorno a Corneto*, *sul Monte Artemisio* .... Bienn. Floret Majo. Fl. lutei.

1058. Maritima. *L.* Floribus corymboso-paniculatis: foliis pinnatifidis; laciniis sub-trilobis, subtus albo-tomentosis: caule ramoso, suffruticoso, calycibusque tomentosis.

C. maritima. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi* 2 *Cent. p.* 184.* Jacobaea marina, seu cineraria. *J. B. H.* 2. *p.* 1056. J. maritima. *Moris. H.* 3. *s.* 7. *t.* 18. *f.* 7.

In maritimis. *Presso Civitavecchia*, *etc.* Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. lutei.

(400) ARNICA.

1059. Bellidiastrum. *All. Ped.* Scapo nudo, unifloro; foliis obovatis, repandis, petiolatis. *W. Sp.* - *Pers. E.*

A. bellidiastrum. *Lois. G.* - *DC. Syn.* Doronicum bellidiastrum. *L.* Bellidiastrum alpinum foliis brevioribus, etc. *Mich. N. Pl. G.* 32. *t.* 29.

In elatioribus sub-apenninis jugis. *Sul Monte Calvo presso Subiaco* ... Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. albi.

(401) DORONICUM.

1060. PARDALIANCHES. *L.* Foliis denticulatis; radicalibus cordatis, longe petiolatis; mediis spathulato-dentatis; summis sub-rotundo-cordatis: caule hirsuto, sub-simplici. *DC. Syn.*

D. pardalianches. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *Savi* 2 *Cent.* 185. D. latifolium. *Clus. H.* 2. *p.* 16. D. varietas tertia. *Lob. ic.* 649.

In montium sylvaticis. *Alla Rufinella* ..... Perenn. Floret Aprili. Fl. aurei, magni.

§. 2. Receptaculo nudo; seminibus nudis.

(402) BELLIS.

1061. PERENNIS. *L.* Scapo nudo, unifloro: calycinis foliolis ovatis obtusis: foliis obovato-petiolatis, crenato-sub-dentatis, venosis.

B. perennis. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* B. minor. *Matth. Valgr.* 912.

In pratis, pascuis ubique. Vulgo: *Margheritine*, *primavere*. Perenn. Floret vere et inde toto anno. Fl. disco lutei, radio albo, interdum purpurascente.

Planta plus minus pilosa.

1062. SYLVESTRIS. *Cyrill. Pl. r. fasc.* 2. *p.* 12. *t.* 4.* Scapo nudo unifloro: calycinis foliolis oblongis: foliis lanceolato-obtusis basi attenuatis, sub-dentatis, trinervosis, hirsutis.

B. sylvestris. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. Notic.* 128. B. sylvestris media caule carens. *C. B. P.* 261. ?

In sylvis circa Romam, Albanum etc. et in urbe, *copiosamente sul Monte Testaccio*. Perenn. Floret Autumno tantum (etiam si culta). Fl. disco lutei, radio albo extus purpurascente.

Tota planta valde major et magis hirsuta quam in praecedente. Folia lanceolata, apice obtusa, basi in petiolum attenuata, dentibus parvis remotis acutis; nec obovato-petiolata, crenato-dentata. Venae duae exteriores rectiusculae, nervos mentientes, a basi ad dentem secundum vel tertium infra apicem procurrentes, caeteris magis conspicuae; unde folia trinervosa appellata.

(403) CHRYSANTHEMUM.

A. Radio albo.

1063. LEUCANTHEMUM. *L.* Foliis amplexicaulibus oblongis, serratis, inferne inciso-dentatis; radicalibus basi in petiolum attenuatis: caule erecto, ramoso.

Ch. leucanthemum. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Bellis major. *Fuchs. H.* 148. - *Matth. Valgr.* 910. - *Dod. Pempt.* 265.

In sylvaticis montium, et circa urbem. *A Monte Genna-*

ro , *Villa Madama* , *etc.* Perenn. Floret Junio , Julio . Fl. majusculi , radio albo , disco luteo .

B. Radio luteo .

1064. Segetum . *L.* Foliis amplexicaulibus , superne inciso-dentatis , inferne serratis , glaucescentibus .

Ch. segetum . *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Clus. H.* 1. *p.* 334. Ch. *Dodon. Pempt.* 261.

In arvis commune . Vulgo : *piè di gallo* . Ann. Floret Aprili , Junio . Fl. toti aurei .

1065. Myconis . *L.* Foliis lingulatis obtusis , serratis . *DC. Syn.*

Ch. Myconis . *All. Ped. - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* Ch. Myconi . *Dalech. H.* 873.

In incultis , sterilioribus commune . Ann. Floret Aprili , Majo . Fl. toti aurei .

1066. Coronarium . *L.* Foliis bipinnatifidis acutis , extrorsum latioribus : caule ramoso . *W. Sp. -Pers. E. - DC. Syn.*

Ch. coronarium . *All. Ped. - Lois. G.* Ch. creticum . *Clus. H.* 1. *p.* 335. - *Moris. H.* 3. *p.* 16. *s.* 6. *t.* 4. *f.* 2, 3.

In maritimis frequens . *A Civitavecchia* .... Ann. Floret Majo . Fl. aurei , radio pallidiore .

(404) PYRETHRUM .

1067. Corymbosum . *Scop. Carn.* Foliis pinnatis ; pinnis lanceolatis , pinnatifidis , argute serratis , summis confluentibus : pedunculis corymbosis . *W. Sp. - DC. Syn.*

P. corymbosum . *Pers. E.* Chrysanthemum corymbosum . *L. - All. Ped. - Lois. G.* Tanacetum inodorum bellidis flore . *Barr. ic.* 781 – 786.

In sylvaticis montosis . *Monte Gennaro* .... Perenn. Floret Junio , Julio . Fl. radio albo , disco luteo : caulis sulcatus .

1068. Parthenium . *Smith Br.** Foliis petiolatis , compositis , planis ; pinnis ovatis incisis : pedunculis ramosis , corymbosis : calyce hemisphaerico pubescente : caule erecto . *DC. Syn.*

P. parthenium . *W. Sp. - Pers. E.* Matricaria parthenium . *L. - All. Ped.-Lois. G.* Matricaria . *Dodon. Pempt.* 35. M. vulgaris . *Hort. Rom.* 8. *t.* 32.

In sylvaticis , praesertim montosis communis . Vulgo : *matricaria* . Perenn. Floret aestate . Fl. albi , disco luteo .

Varietates flore pleno in hortis omnibus coluntur . Ludit etiam corollulis viridibus foliaceis .

(405) MATRICARIA .

1069. Chamomilla . *L.* Foliis bipinnatis , laciniis capillaribus : calyce sub-plano , squamis obtusiusculis . *DC. Syn.*

M. chamomilla . *All. Ped. - Smith. Br.* - W. Sp.- Pers. E.* -

Lois. G. Chamaemelum vulgare. *Dod. Pempt.* 257. Anthemis s. chamaemilla. *Matth. Valgr.* 925.

In sterilibus, secus Tyberim, ad vias frequens. Vulgo: *camomilla*. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. albi, disco luteo.

§. 3. Receptaculo paleaceo; seminibus nudis.

(406) ANTHEMIS.

A. Radio albo.

1070. Cota. *L.* Caule ramoso: foliis bi-pinnatifidis, laciniis linearibus, subulato-dentatis: pedunculis terminalibus, unifloris, parum incrassatis; calyce fructifero plano; paleis teretibus pungentibus, basi dilatatis.

A. cota. *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.* Chamaemelum Cota. *All. Ped.* A. italica arvensis annua major vulgatissima, flore maximo, disco pungente. *Mich. N. Pl. G.* 32. Chamaemelum annuum ramosum, cotulae foetidae floribus amplioribus, capitulis spinosis. *Till. pis.* 38. *t.* 19.

In pascuis. *Copiosamente intorno ad Ostia....* Ann. Floret Junio, Julio. Fl. albi, disco lutei.

1071. Triumfetti. *All. Misc. Taur.* Lanuginoso-villosa: foliis pinnatis, pinnis oblongis pinnatifidis serratisve, pinnulis mucronatis: pedunculis elongatis, sub-corymbosis, unifloris, superne nudis, vix incrassatis: receptaculis conicis; paleis oblongis mucronatis.

A. Triumfetti. *DC. Fl. Fr. vol.* 6. *p.* 483*. A. Austriaca. *DC. Syn.* – *Lois. G.* et *pl. auct.* A. tinctoria β. *L. Sp.* Chamaemelum Triumfetti. *Icon. Taur. v.* 27. *t.* 19. – *Flor. Ped. n.* 680. Buphtalmum alpinum flore candido. *Triumf. Obs.* 187. (cum ic. mala). Chrysanthemum tanaceti folio, flore albo montanum italicum. *Barr. ic.* 466.

In sylvaticis umbrosis montium. *Presso Albano, segnatamente dai Cappuccini andando a Palazzuola sulla destra della strada, etc.* Ann. Floret Julio, Augusto. Fl. albi, disco luteo.

Altitudo etiam 3-pedalis et ultra. Planta tota tomento vario plus minus albicante obducta. Non confundenda cum *Anthemide Austriaca*, quam diversam esse monet cl: Decandollius l. c.

1072. Maritima. *L.* Foliis crassiusculis pinnatifidis, subtus punctatis, laciniis sub-incisis apice dilatatis: seminibus nudis: caule prostrato herbaceo.

A maritima. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Smith Br.** - *Lois. G.* – *DC. Syn.* Chamaemelum maritimum. *All. Ped.* Anthemis maritima perennis foliis crassis punctatis. *Mich. N. Pl. G.* 33. *n.* 8, 9. Chamaemelum maritimum odoratum, etc. *Till. Pis.* 39. *t.* 19. *f.* 3.

In maritimis copiose. Ann. Floret aestate. Fl. albi disco lutei.

1073. Arvensis . *L.* Foliis bi-pinnatifidis pilosis : receptaculis conicis ; paleis lanceolatis , carinatis : seminibus coronato-marginatis .

A. arvensis . *W. Sp. - Smith Br.* - *Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Biv. Pl. Sic. Cent.* 2. Chamaemelum arvense. *All. Ped.* Cotula non foetida . *Bauh. H.* 3. *p.* 120. Cotula altera alba , non foetida . *Dod. Pempt.* 258.

In marginibus pascuis nil communius . Bienn. Floret Aprili - Julio . Fl. albi , disco luteo . -Herba fere inodora .

1074. Cotula . *L.* Foliis bi-pinnatifidis glabriusculis : receptaculis conicis ; paleis setaceis : seminibus nudis.

A cotula . *W. Sp. - Smith Br.* - *Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Chamaemelum cotula . *All. Ped.* Ch. foetidum . *Bauh. H.* 3. *p.* 120.

In pascuis , marginibus communis . Ann. Floret Junio , Julio . Fl. albi , disco luteo . -Herba valde foetida .

1075. Mixta . *L.* Foliis sessilibus pinnatifidis ultra medium bi-pinnatifidis ; laciniis sub-incisis : paleis lanceolatis : caule erecto , ramoso , pubescente .

A. mixta . *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.-DC. Syn.* - Chamaemelum mixtum . *All. Ped* Anthemis maritima lanuginosa annua , etc. *Mich. N. Pl. G.* 32. *t.* 30. *f.* 1. Chamaemelum annuum ramosum, coronopi folio , flore mixto . *Moris. H.* 3. *p.* 36. *s.* 6. *t.* 18. *f.* 15.

In marginibus circa urbem frequens ; in maritimis communis . Ann. Floret Junio , Julio . Fl. radio albo basi lutescenti , disco luteo .

B. Radio luteo.

1076. Valentina . *L.* Foliis triplicato-pinnatis , laciniis linearibus pubescentibus : caule ramoso divaricato : pedunculis subincrassatis . *DC. Syn.*

A. valentina . *W.* Anacyclus radiatus . *Lois. G.* Anacyclus valentinus . bicolor . *Pers. E.* Buphtalmum Cotulae folio . *C. B. P.* 134.

In arvis , ad vias communis . Ann. Floret Junio , Julio . Fl. disco luteo , radio flavescente .

1077. Tinctoria . *L.* Foliis bi-pinnatifidis serratis, subtus pubescentibus : caule, ramisque unifloris : pappo membranaceo integerrimo .

A. tinctoria . *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn.* Chamaemelum tinctorium . *All. Ped.* Chrysanthemum foliis tanaceti , flore aureo . *Barr. ic.* 465.

In viis , muris vulgaris . Perenn. Floret Junio . Fl. lutei radiati .

(407) ACHILLÆA .

1078. Ageratum . *L.* Foliis glabris , oblongis, obtusis, duplicato-serratis , in petiolum attenuatis : corymbo composito coarctato ,

A. ageratum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Balsamita minor. *Dod. Pempt.* 295.
In muris et in sabulosis; ad Tyberim frequens. Perenn. Floret Junio, Julio. Fl. lutei.

1079. MILLEFOLIUM. *L.* Caulibus sulcatis: foliis bipinnatis sub-pubescentibus, pinnulis linearibus, simplicibus partitisve, mucronatis: corymbis compositis.
A. millefolium. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Stratiotes millefolia. *Fuchs. H.* 727.
In arvis frequens. Perenn. Floret Junio-Augusto. Fl. albi, vel rubicundi. congesti.

(408) BUPHTALMUM.

1080. SPINOSUM. *L.* Calycibus foliosis, mucronatis: foliis alternis, oblongo-lanceolatis, amplexicaulibus, denticulatis, hirsutis.
B. spinosum. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Aster legitimus Clusii alter, seu spinosus luteus. *Barr. ic.* 551. Asteriscus annuus. *Hort. Rom.* 9. *t.* 42.
In arvis, marginibus commune. Ann. Floret Junio. Fl. lutei.

SYNGENESIA POLYGAMIA-FRUSTRANEA.

(409) CENTAUREA.

A. Calycinis squamis foliaceis integris, non spinosis.

1081. CRUPINA. *L.* Squamis oblongis lanceolatis: foliis pinnatis, scabris, pinnis linearibus denticulatis acutis: caule erecto, subsimplici.
C. crupina. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Biv. Sic. Pl. Cent.* 2. *p* 21. Chondrilla purpurea tenuifolia capite Jaceae, seminibus Cardui. *Barr. ic.* 1136. Senecio-carduus apulus. *Col. ephr.* 1. *p.* 32. *t.* 34.
In collibus apricis, siccis. *Monte Mario verso Villa Madama*, *Tivoli*.... Ann. Floret Majo, Junio. Fl. purpurascentes.

B. Calycinis squamis scariosis, integris.

1082. SPLENDENS. *L.* Calycibus scariosis ovatis; squamis nitidis, mucronatis: foliis inferioribus bipinnatifidis linearibus, superioribus pinnatis, pinnis linearibus subdentatis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.*
C. splendens. *All. Ped.* Stoebe Salmantica tertia. *Clus. H.* 2. *p.* 12. Aphyllanthus quartus. *Dod. Pempt.* 125.
β. Calycinis squamis dorso fusco-notatis. - Cent. deusta. *Tenore Fl. Neap. Prod.* 51. ?
In marginibus agrorum circa Romam et in montibus frequens, *β presso Viterbo*, *Bagnaja*, *Albano in copia etc.* Bienn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurascentes.
Varietas ictu oculi distinguenda squamis etiam immaturis

macula ampla fusca notatis, caeterum praecedenti similibus; raro quidem apice laceris.

1083. Amara. *L.* Calycinis squamis scariosis sub-integris: foliis lanceolato-oblongis integerrimis: caule adscendente ramoso. *Lois. G.*

C. amara. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Cyanus repens. *Lob. ic.* 548.

In arvis, collibus communis circa urbem. Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. purpurascentes vel albi.

C. Calycinis squamis margine laceris, vel ciliatis, vel serratis.

1084. Jacea. *L.* Squamis calycinis interioribus scarioris (laceris), exterioribus apice serrato-ciliatis: pappo nullo, seminibus margine brevissimo coronatis: foliis lanceolato-oblongis, radicalibus sub-dentatis: caule erecto, ramoso, angulato. *Lois. G.*

C. jacea. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.* Jacea montana squamosa major semine nigro. *J. B. H.* 3. *p.* 29.

In montium pascuis. *Sul Monte Gennaro* ... Perenn. Floret aestate. Fl. purpurascentes.

1085. Cyanus. *L.* Calycinis squamis serratis: foliis linearibus, sessilibus, integerrimis; infimis basi pinnatifidis.

C. cyanus. *All. Ped.* - *Smith Br.**- *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Cyanus minor. *Matth. Valgr.* 463. Papaver heracleum. *Col. phytob.* 92. Cyanus segetum flore coeruleo. *Hort. Rom.* 7. *t.* 81.

Inter segetes, praesertim montium frequens. Floret Majo, Junio. Fl. coerulei, dilute purpurei, aut rosei.

1086. Montana. *L.* Calycinis squamis ciliatis: foliis lanceolato-acuminatis, decurrentibus, sub-tomentosis, integerrimis aut basi sinuato-dentatis.

C. montana. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Cyanus major. *Matth. Valgr.* 507. Cyanus montanus latifolius. *Hort. Rom.* 7. *t.* 82.

In Sabinae montibus. *Monte Gennaro* .... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. coerulei.

D. Calycinis squamis spina palmata instructis.

1087. Sphaerocephala. *L.* Calycibus palmato-spinosis; foliis hispidulis, oblongis, amplexicaulibus sinuato-dentatis, inferioribus pinnatifidis.

C. sphaerocephala. *Desf. Atl.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 23. C. caespitosa. *Cyrill. Neap. Fasc.* 1. *p.* 24. (cum ic. bona). - *Vahl Symb.* 2. C. sphaerocephala *β. Pers. l. c.* Jacea maritima incana capite purpureo spinoso, major. *Barr. ic.* 1217.

In maritimis pratis communis. *Ad Ostia*, *Fiumicino*, *Civitavecchia*, *etc.* Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. purpurei.

Tota planta pubescens tactu scabra, obscure viridis; variat caule humiliore, dense caespitoso, foliis canescentibus.

1088. NAPIFOLIA. *L.* Calycibus palmato-spinosis: foliis decurrentibus dentato-spinulosis; superioribus oblongis indivisis; radicalibus lyratis, obtusis.

C. napifolia. *Royen. Lugd.* 141. - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Desf. Atl.* 2. - *Bivon. Sic. Pl. C.* 2. *p.* 21. Jacea cyanoides altera alato caule. *Herm. Parad.* 189. *t* 189. (bona). Jacea peregrina napifolia echinatis capitulis, caule alato. *Pluk. Alm.* 192. *t.* 94. *f.* 2. - *Moris. H.* 3. *s.* 7. *p.* 144. *t.* 27. *f.* 20. (His addend.) Cyanus erucae folio, flore rubro. *Barr. obs.* 87. *t.* 504.

In marginibus viarum agrestium ab urbis occidente frequens, peculiari modo extra Portam D. Pancratii loco, quo Barrelerius plantam suam inveniebat, nunc vulgo: *Vicolo di Bravetta*. Ann. Fl. Junio - Augusto. Fl. purpurei.

Barrelerii plantam huc referendam, nec ad auctorum *Centauream Romanam* ut ipse putavit Linnaeus, non eo tantum innixi argumento affirmamus, quod species notos *C. napifoliae* characteres praeseferens eodem loco, quo Barrelerius plantam suam colligebat, nobis abunde proveniat, eaque adamussim respondens tabulae Hermanni, nec non iconibus Plukenetii et Morisonii, minus licet accuratis: ea majoris momenti videtur observatio, quod in ipso Barrelerii scripto, quod plantam hanc paucis quidem verbis enunciat, ad *Jaceam cyanoidem alteram* Hermanni reducendam esse moneamur, cujus auctoris phrasis et icon in medium afferuntur; nec praetermittendum Barrelerii tabulam rudi licet artificio exculptam huic Hermanni iconi tanto propius accommodari, quanto ab illa Zannonii recedit, quae Botanicis pro typo valet *Centaureae Romanae*. Vide *Zannon. H.* 141. *t.* 42. et *Monti in Zann. p.* 65. sub *Jacea spinosa cretica*.

Quam ob rem stirpem illam creticam calycinis spinis reflexis (vel saltem divaricatis) donatam, a Zannonio l. c. primum adumbratam, a Fabricio *Helmst. p.* 172. et a Morisonio *H.* 3. *s.* 7. *p.* 143. relatam, nomine *Centaureae Romanae* a Linnaeo descriptam, et aptius post eum a Willdenowio definitam, Linnaeana relicta appellatione novo CENTAUREAE ZANNONII nomine ornari mallemus; uti quae Romae non provenit et forte Italae Florae nequaquam adscribenda.

1089. CALCITRAPA. *L.* Calycibus subsessilibus sub-palmato-spinosis, spina terminali maxima: foliis pinnatifidis, dentatis: caule ramoso, divaricato, piloso: pappo nullo.

C. calcitrapa. *All. Ped.* - *Smith br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Carduus stellatus sive calcitrapa. *J. B. H.* 3. *p.* 80.

In ruderatis, viis ubique vulgaris. Ann. Floret Julio. Fl. purpurascentes vel albidi.

1090. Solstitialis. *L.* Calycibus globosis, sub-palmato-spinosis, spina terminali longissima, foliis canescentibus, lineari-lanceolatis, decurrentibus, integerrimis; radicalibus lyratis.

C. solstitialis. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Spina solstitialis. *Dod. Pempt.* 734. Spina solstitialis mitior apula. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 31.

In aggeribus, viis passim. Ann. Floret Julio, Angusto. Fl. lutei.

(410) GALACTITES.

1091. Tomentosa. *Moench. Meth.* 555. Foliis decurrentibus, sinuato-spinosis, subtus tomentosis. *Pers. E.* - *DC. Syn.* Centaurea galactites. *L.* - *All. Ped.* - *Cavanill. ic.* 3. *p.* 16. *t.* 231.* - *W. Sp.* Cnicus galactites. *Lois. G.* Carduus galactites. *J. B. H.* 3. *p.* 54.

Ad vias, in agris frequens. Ann. Floret Junio, Julio. Fl. purpurascentes.

SYNGENESIA POLYGAMIA - NECESSARIA.

(411) CALENDULA.

1092. Arvensis. *L.* Seminibus cymbiformibus, muricatis, incurvatis; exterioribus lanceolatis subulatis, dorso muricatis. *W. Sp.* - *Pers. E.* - *DC. Syn.*

Caltha minima. *J. B. H.* 3. *p.* 103.

In arvis, vineis, viis vulgatissima. Vulgo: *primo-fiore*. Ann. Floret hyeme et vere. Fl. aurantiaci.

SYNGENESIA POLYGAMIA - SEGREGATA.

(412) ECHINOPS.

1093. Sphaerocephalus. *L.* Caule erecto, ramoso, foliis pinnatifidis, superne leviter pubescentibus, inferne albo-tomentosis, laciniis sinuatis dentato-spinosis; calycis partialis foliolis ciliatis.

E. sphaerocephalus. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. E.* 3. *p.* 141. Carduus sphaerocephalus. *Dod. Pempt.* 722. Spina alba Mathioli. *Dalech. H.* 1462. Echinopus major. *J. B. H.* 3. *p.* 69.

In locis montanis. *Presso Tivoli, Sul Monte Gennaro, sulla Paranzana* .... Perenn. Floret Julio, Augusto. Fl. albido-coerulescentes.

CLASSIS XIX.

GYNANDRIA.

ORD. DIANDRIA. 1)

Sect. I. Antheris spiralibus.

(413) *ORCHIS. Petala 5. Labium e lamina exporrecta planiuscula, basi subtus sacculo cornuto instructum. Columna genitalis brevis, antice ad basim stigmate, superius binis staminibus spiralibus donata, apice vix rostrata.* 2)

(414) *SATYRIUM. Petala 5. Labium e lamina exporrecta planiuscula, basi subtus sacculo brevi ad ortum coarctato, aut callo gemino instructum. Columna genitalis Orchidis.*

(415) *OPHRYS. Petala 5, patentia, 3 exteriora majora. Labium exporrectum carnosulum, saepius convexum, villosum, non calcaratum. Columna genitalis porrecta, fornicata, antice ad basim stigmate, superius staminibus binis spiralibus donata, saepius apice producto rostrata.* 3)

(416) *HELLEBORINE. Petala 5, arcte conniventia. Labium basi erectiusculum, utrinque auriculatum, auriculis inflexis, petalis sub-inclusum, lobo terminali exerto, libero, plano. Columna recta antice ad basim stigmate, superius binis staminibus spiralibus donata, rostro ancipiti sursum producto terminata.* 4)

Sect. II. Antheris capsulae-formibus, longitudinaliter dehiscentibus.

(417) *NEOTTIA. Petala 5, tria posteriora conniventia. Labium lateribus surrectis canaliculatum, basi cucullis binis hinc inde ad germen productis. Columna recta, an-*

---

1) Naturalis Orchidearum familia omnis sub Gynandria Diandria recensenda, ne genera affinia ordine disjungantur, etsi extent quæ anthera solitaria gaudent.

2) Obs. Excavatio glutinosa ad os stigmatis anterius in basi columnæ. Stamina bina filamentis brevibus sæpe basi conjugatis anterius columnæ insertis, erecta. Antheræ bilobæ e spira gemina contracta pollen coloratum colligente, singulae in folliculo membranaceo in superiore columnæ parte extante reconditæ, demum exertæ. Columna non rostrata.

3) Obs. Excavatio ampla glutine obducta ad os stigmatis. Stamina ut in Orchide, filamentis longiusculis, antheris subrotundis.

4) Obs. Fovea oblonga leviter concava pro stigmate. Stamina Orchidie, apiralia.

terius truncata stigmate terminali , posterius staminibus binis deorsum pendulis , basi coalescentibus . 5)

(418) *SERAPIAS . Petala* 5 , *patula . Labium basi erectiusculum utrinque auriculatum , auriculis inflexis , lobo terminali extus porrecto , indiviso , hinc inde margine surrecto . Columna stigmate sub-cyathiformi antice terminata . Theca sub-ovata posterius pedicellata , anterius excipiens antheras binas subulatas longitudinaliter dehiscentes , apici columnae incumbens* . 6)

(419) *EPIPACTIS . Petala* 5, *patula . Labium basi vix auriculatum , margine utrinque surrecto, lamina exerta , planiuscula , laciniata . Columna brevis , stigmate cavo marginato antice terminata . Theca antherarum ut in Serapide, columnae apici concavo incumbens , postice pedicellata* .

(420) *LIMODORUM . Petala* 5. *Labium e lamina exporrecta ; basi subtus sacculo cornuto instructum . Anthera solitaria , bilocularis, loculis antice longitudinaliter dehiscentibus , posterius pedicellata , apice cavo columnae rectae semi-immersa* . 7)

ORD. Hexandria .

(421) *ARISTOLOCHIA . Calix nullus . Corolla monopetala ; tubulosa , basi ventricosa , apice dilatata , in labium lingulatum producta . Capsula 6-locularis , infera , polysperma* .

---

5) Obs. Columna recta , brevis , mucronulo terminata , anterius a mucronulo truncata , stigmate imposito glutinoso ; posterius a mucronulo stamina duo pendentia, filamentis brevissimis basique antherarum coalescentia . Fovea antheras excipiens , margine a lateribus prominulo membranaceo . Operculum concavum foveam primum claudens , intus lamella gemina longitudinali ad anthoras distinguendas instructum , inferius columnæ adhærens , demum inhians .

6) Obs. Columna sub-semi-cylindrica , recta , anterius gerens stigma sessile cavum cyathiforme deorsum nonnihil spectans ; superne a parte postica pedicellum erectum , cui adhæret corpusculum sub-ovale , (verrucosum) antheram Limodori æmulans , columnæ ipsius apici planiusculo incumbens ; anterius rimis binis parallelis excavatum : rima singula excipiens antheram subulatam basi adnatam, longitudinaliter dehiscentem , nec spiralem .

7) Obs. Columna semi-cylindrica , anterius gerens stigma sessile planiusculum sub-ovale . Superne a parte postica pedicellum cui adhæret anthera sub-rotunda , apice excavato columnae semi-immersa , interius sepimento duplici bilocularis , loculis antice longitudinaliter dehiscentibus .

Sect. I. Antheris spiralibus.

(413) ORCHIS.

A. Bulbis subrotundis.

1094. BIFOLIA. *L.* Labio lineari, integerrimo, obtuso; cornu germine longiore; petalis lateralibus patentissimis: foliis radicalibus binis, ovatis, basi attenuatis; caule folioloso.

O. bifolia. *All. Ped. – Smith Br.* – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn. – Savi B. Etr.* 3. *p.* 166. O. radicibus oblongis, labello lineari. *Hall. Helv.* 1285. *t.* 27. O. alba bifolia calcare oblongo. *Vaill. Par. t.* 30. *f.* 7.

In sylvaticis. *Sul Monte Mario, sul Monte Albano, sul Tuscolo, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. albi, labello et cornu apice virescentibus.

Bulbi sub-rotundi. Folia radicalia late lanceolata, obtusa, 2, 3. Caulis 2-pedalis, foliolis paucis, brevissimis, lanceolato-acutis. Spica laxa. Flores parvuli, petalis 3 exterioribus cum labello deorsum pendulo cruciatim dispositis. Petala 2 interiora sub-falcata, conniventia. Cornu sub-filiforme, horizontale, germine quandoque duplo etiam longius. Antherae luteolae, folliculis distantibus reconditae, filamentis distinctis.

1095. PYRAMIDALIS. *L.* Labio tripartito, laciniis aequalibus, sub-integerrimis, ad faucem biauriculato; cornu filiformi germine longiore; spica densa.

O. pyramidalis. *All. Ped. – Smith Br.* – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. – DC. Syn. – Savi B. Etr.* 3. *p.* 163. O. n. 1286. *Hall. Helv.* 2. *t.* 35. *f.* 1.

In collibus, nemorosis circa urbem frequens. *A Villa Pamfili, nella Macchia de' Mattei, etc.* Varietas flore albo *in copia sui colli al settentrione del Monte Mario*. Perenn. Floret Junio. Fl. purpurei, vel albi.

Bulbi sub-rotundi. Caulis 1-2-pedalis. Folia lanceolata, acuta, nervosa. Spica densa, primum pyramidalis, vel hemisphaerica, mox oblonga. Bracteae acutae, germinis longitudine. Flores unicolores, viride purpurei, fauce albida, vel omnino albi. Petala lateralia patentia; tria posteriora conniventia. Labium ad basim hinc et inde auricula surrecta, tripartitum, laciniis oblongo-obtusis, intermedia saepius angustiore, integris vel obsolete crenulatis. Cornu filiforme apice recurvo, germen excedens.

1096. CORIOPHORA. *L.* Labio deflexo trilobo; lobis obtusis, medio angustiore longiore, lateralibus crenatis: petalis acuminatis conniventibus: cornu conico germine breviore; spica oblonga.

O. coriophora. *All. Ped. – W. Sp. – Pers. E. – Lois. G. –*

DC. Syn. – *Savi B. Etr.* 3. *p.* 164. O. odore hirci minor. *Vaill. Par. t.* 31. *f.* 30-32. O. n. 1284. *Hall. Helv. t.* 34.

In collibus, ericetis, oris nemorosis ab Occidente Urbis praesertim. *Nella Villa Pamfili, nella Macchia de' Mattei, a Vallerano, etc.* Perenn. Floret Majo, Junio. Fl. rubelli.

Bulbi sub-rotundi. Caulis pedalis, foliis angustis. Spica oblonga, floribus odoris. Bracteae ut plurimum germinis longitudine, albidae. Petala acuminata, arcte conniventia, viridi-rubella. Labium colore pallidiore, sordido; ortu lineare, horizontale, sub canaliculatum; dorso convexum punctis rubris pictum, lamina deflexa triloba; lobis oblongis, obtusis, medio sub-integerrimo, lateralibus brevioribus, latioribus, anterius erosis. Cornu conicum, acutum, germinis circiter longitudine, saepius anterius curvatum.

1097. Provincialis. *Balbis Misc.* 2. *p.* 33. *t.* 2. Labio trifido, crenulato dorso puberulo, segmentis lateralibus deflexis, medio minore emarginato: petalis patentibus obtusis; cornu adscendente longitudine germinis.

O. provincialis. *Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 45. - *Pers. E.* – *Lois. G.* – *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 166. O pallens. *Savi Fl. Pis.* O. pallens *β. Bertol. Rar. It. Pl. Dec.* 2. *p.* 20. O. mascula *β. Vill. Dauph.* 2. *p.* 28. O. morio *β. Vivian. Ann. Bot.* 1. *P.* 2. *p.* 185.

In montium sylvaticis copiose. *Sul Monte Albano, presso l'Aricia, Sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl pallide lutei, odore sambucino, vel nullo.

Bulbi sub-rotundi. Caulis foliosus 1-sesqui-pedalis. Folia oblonga lanceolata, striata, saepe maculis purpurascentibus adspersa. Spica 2-pollicaris vel longior, floribus laxiusculis, pallide flavescentibus, labello saturatiore punctis minutissimis rubellis in dorso. Bracteae lanceolato-acutae, albo-virentes, germini sub-aequales. Petala exteriora patentia, obtusa, concava; lateralia demum etiam retroflexa, intermedium cavo-fornicatum; interiora breviora, obtusa, supra columnam conniventia. Labium dorso levissime pubescens, sub-carinatum, trifidum, segmentis lateralibus convexiusculis, deflexis, antice crenulatis, medio emarginato, apice non dilatato, crenulato, ultra lateralia non producto. Cornu adscendens germinis longitudine, apice obtusum, vel bilobum. Antherae luteae.

1098. Mascula. *L.* Labio trifido crenulato, segmento medio majore emarginato, dorso maculato pubescente: petalis exterioribus acuminatis, erectis, lateralibus retroflexis: cornu obtuso adscendente, germen subaequante.

O. mascula. *All. Ped.* – *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* -

Lois. G. - *DC. Syn.* - *Bert. Rar. It. Pl. Dec.* 2. *p.* 18.* O. morio mas foliis maculatis et non maculatis. *Segu. Veron.* 2. *p.* 124, 125. *t.* 15. *f.* 5, 6.

In montium sylvaticis cum praecedente. *Intorno Albano in copia* .... Perenn. Floret Aprili, Majo. Fl. purpurei.

Bulbi sub-rotundi. Caulis 1-2-pedalis. Folia oblongo-lanceolata, in nostris *immaculata*. Spica laxa, tota purpurascens, floribus odore sambucino, vel nullo. Bracteae acuminatae, germen sub-aequantes. Petala 3 exteriora acuminata, erecta, apicibus revolutis, 2 lateralia retroflexa; bina interiora conniventia. Labium circa os cornu albicans, dorso sub-carinatum, maculis purpureis adspersum, trifidum, segmentis crenulatis, intermedio saepius productiore, anterius dilatato, et emarginato.

Ab *O. laxiflora* Lam. cujus habitum mentitur statim dignoscenda foliis latioribus; petalis acuminatis, et colore floris ab *Orchide provinciali* Balb., cui caeterum simillima.

1099. Morio. *L.* Labio dilatato trilobo, lobo medio breviore emarginato: petalis obtusis sub-conniventibus, lineatis; cornu adscendente obtuso: spica laxiuscula.

O. morio. *All. Ped.* - *Smith Br*.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 165.* O. morio foemina. *Vaill. Par. t.* 31. *f.* 13, 14. - *Segu. Veron. t.* 15. *f.* 7. O. n. 1283. *Hall. Helv. t.* 33.

In apricis circa urbem frequens. *Nella Pineta di Villa Borghese in copia, nella Villa Pamfili, etc.* Perenn. Floret Aprile ineunte. Fl. sub-violacei.

Bulbi sub-rotundi. Caulis 5-10-pollicaris. Folia lanceolata. Spica uni-sequi-pollicaris, laxiuscula, floribus sub-violaceis, interdum sub-carneis, odore cimicino. Bracteae germen aequantes vel superantes. Petala nervis crebris, viridibus lineata, obtusa, adscendentia. Labium statim ab ortu dilatatum, anterius trilobum; lobis crenulatis, lateralibus rotundatis, intermedio breviore emarginato, disco albidum, maculis saturatioribus pictum. Cornu obtusum germine brevius, sub-adscendens.

1100. Laxiflora. *Lam. Fl. Fr.* Labio trilobo sub-crenulato; lobo medio sub-breviore, emarginato; petalis exterioribus patentibus; cornu retuso, adscendente; spica laxissima; foliis lanceolato-linearibus sub-canaliculatis.

O. laxiflora. *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 163.* O. palustris *β. Pers. E.*

α. Orchis ensifolia. *Vill. Delph.* 2. *p.* 29. - *W. Sp.* O. morio foemina procerior majori flore. *Vaill. Par. t.* 81. *f.* 33, 34.

In pratis argillosis vulgaris. Perenn. Fl. Aprili, Majo. Fl. purpurei.

Bulbi sub-rotundi. Caulis sesquipedalis, bipedalis, et ul-

tra. Folia lanceolata, angusta, acuta. Spica sub-pedalis, rachi floribus remotiusculis rubro-violaceis concolore. Bracteae coloratae, germine breviores. Petala obtusiuscula lanceolata, nervosa, exteriora patentia. Labium basi cuneatum, medio plicatum, lateribus deflexis, anterius sub-trilobum, lobis proportione variis, intermedio ut plurimum angustiore, et breviore vel sub-nullo, emarginato. Faux alba. Cornu germine brevius, adscendens, saepius apice dilatato, emarginato.

1101. Militaris. *W. Sp.* Labio trifido, punctato-scabro, laciniis lateralibus linearibus; intermedia productiore, ortu cuneata, apice biloba, lobis rotundatis, cum mucronulo interjecto: petalis acuminatis, impunctatis, confluentibus: cornu, bracteisque germine brevioribus.

O. militaris. *Pers. E.* O. militaris *α. L. Sp.* – *Lois. G.* O. n. 1277. *Hall. Helv. t.* 28. O. latifolia hiante cucullo major, *Vaill. Par.* 148. *t.* 31. *f.* 21.

In sylvaticis montosis. *Sul Monte Gennaro, presso ad Albano, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. carneo-purpurascentes.

Bulbi sub-rotundi. Caulis 2-3-pedalis, spica conferta oblonga. Bracteae membranaceae, aristatae, germine duplo fere breviores. Petala acuminata, confluentia, lineolis saturatioribus notata. Labium squamulis minimis purpurascentibus dorso scabrum, laciniis lateralibus linearibus, nec filiformibus, intermedia valde productiore, apice biloba, lobis rotundatis, integris, mucronulo interjecto distinctis. Cornu obtusum, sub-incurvum, germine duplo fere brevius.

1102. Fusca. *Jacq. Aust. t.* 307. Labio 4-fido, punctato-scabro; laciniis lateralibus linearibus divaricatis; intermediis amplis, margine crenulatis, cum mucronulo interjecto; petalis conniventibus punctatis: cornu bracteisque germine duplo brevioribus.

O. fusca. *Syst. veg. ed.* 14. - *All. Ped.* – *W. Sp.* - *Pers. E.* – *Savi B. Etr.* 3. *p.* 164.* O. militaris *β* et *δ. L. Sp.* O. militaris *β. Smith Br.** - *Lois.* G. O. n. 1276. *Hall. Helv. t.* 31. O. militaris major. *Vaill. Par.* 148. *t.* 31. *f.* 27, 28. – *Segu. Veron.* 2. *p.* 122. *t.* 11. *f.* 2.

In collibus circa urbem frequens. *Sul Monte Mario al Settentrione, sul Monte Verde, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. purpurascentes.

Caulis 2-pedalis, et ultra. Spica pulcherrima conferta, subconica, vel cylindrica. Bracteae germine duplo saltem breviores. Petala tria exteriora saturate rubra, striis nigrescentibus picta, punctisque convexis notata, conniventia. Labium 4 lobum, laciniis lateralibus angustioribus; profundioribus, linearibus; intermediis amplis, mucro-

nulo interjecto; margine purpureum, disco albicans, rubris squamulis, vel fasciculis pilorum instructum. Cornu breve, retusum.

1103. Variegata. *All. Ped.* Labio tripartito laevi, segmentis anterius dentatis, medio obcordato mucronulo interjecto, petalis acuminatis, conniventibus; cornu bracteisque germine brevioribus.

O. variegata. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Biv. Sic. Cent.* 2. *p.* 44 O. n. 1275. *Hall. Helv. t.* 30.

In sylvaticis, et apricis incultis solo sterili. *Nelle ville Pamfili, Borghese, Madama, sul Testaccio, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. sub-rosei.

Bulbi sub-rotundi. Caulis sub-pedalis foliosus. Spica conferta, obtusa hemisphaerica vel conica, 1-sesqui-pollicem longa. Bracteae sub-carneae, triangulo-acuminatae, germine parum breviores. Petala arcte conniventia, ultra medium libera, apice producto acuminata, carnea, intus lineola longitudinali roseo-sub-violacea notata, duo lateralia majora, lineolis tribus. Labium laevissimum, carneum punctis roseo-sub-violaceis tota superficie adspersum, tripartitum, segmentis antice serratis, lateralibus sub-cuneatis; medio obcordato, sub-angulato, mucronulo brevissimo emarginaturae inserto, parte antica basi triplo latiore. Cornu subcylindricum, prope apicem compressum secus germen descendens, quo brevius. Antherae virides.

1104. Tephrosanthos. *Vill. Dauph.* Labio trifido punctato, laevi, laciniis lateralibus filiformibus, media lineari bipartita, segmentis et appendicula interjecta filiformibus: petalis conniventibus: cornu brevi emarginato: bracteis brevissimis.

O. tephrosanthos. *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.* O. militaris *ß. L. Sp.* O. zoophora cercopitecophora. *Col. ecphr.* 319. *t.* 320. O. flore simiam referens. *Vaill. Par. t.* 31. *f.* 25, 26.

In collibus, pascuis apricis sterilioribus circa urbem communis. *Nelle Ville Borghese, Pamfili in copia, etc.* Perenn. Floret Aprili. Fl. albido-purpurascentes.

Odor gratus. Bulbi sub-rotundi. Caulis pedalis, sesquipedalis. Folia ovata, nitida. Spica oblonga, conferta, bracteolis albidis brevissimis. Petala acuta conniventia, lineolis rubellis exarata. Labium dorso lineari, punctis purpureo-sub-violaceis notato, segmentis 4 per paria oppositis et appendicula terminali lineari-filiformibus, tortilibus intensius purpureis. Cornu sub-scrotiforme, ortu depressum, germine quadruplo brevius.

1105. Papilionacea. *L.* Labio indiviso, obovato, basi attenuato, antice crenulato-crispo: petalis nervosis: cornu

sub-conico germine breviore, bracteis coloratis nervosis germine longioribus.

O. papilionacea. *W. Sp.-Pers. E.- DC. Syn.-Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 39. - *Savi B. Etr.* 3. *p.* 167. O. rubra. *Jacq. rar.* 1. *t.* 183.- *W. Sp. - Pers. E. - Lois. G.- Balbis Taur. p.* 148. O. speciosa expanso cochleari flore, etc *Bonann. t.* 31.

In pascuis apricis circa urbem passim. *In copia sul Testaccio, in Villa Borghese, Villa Pamfili, etc.* Perenn. Floret Aprili. Fl rubri.

Bulbi subrotundi. Caulis pedalis. Folia lanceolata saturate viridia. Spica sub-octoflora. Bracteae membranaceae, rubrae, nervis rubro-virentibus, germine longiores. Petala colore conformia; interiora lanceolata, apice conniventia, exteriora primum conniventia, demum erectiuscula; lateralia sub-falcata. Labellum roseum venis saturatioribus pictum, obovatum, basi attenuatum, lateribus sublatis, indivisum, antice margine denticulato vel crenulato, crispo; crena ultima saepius vix ulla, interdum profunda ita ut emarginaturam mentiatur. Plicae binae marginis labelli ab apice parum remotae, caeteris evidentiores, subtrilobum primo intuitu suadent. Cornu subulatum sub-conicum, apice obtuso saepe extus flexo, superius leviter ampliatum, rubellum, germine brevius. Flores herbarii chartam inficiunt.

Differentiam *Orchidem* inter *papilionaceam*, et *rubram* auctorum non invenimus.

B. Bulbis palmatis.

1106. Maculata. *L.* Labio sub-plano trilobo, lobis lateralibus dentatis, medio integro, productiore, angustiore: petalis exterioribus patentibus, interioribus conniventibus; cornu recto, germine breviore: bracteis flore longioribus.

O. maculata. *All. Ped. - Smith Br.* - W. Sp. - Pers. E. - Lois. G. - DC. Syn. - Savi B. Etr.* 3. *p.* 168. O. n. 1272. *Hall. Helv. t.* 32. O. palmata montana maculata. *Vaill. Par. t.* 31. *f.* 9, 10.

In montium sylvaticis communis. *Presso Albano, l'Ariccia, sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. sub-rosei, subinde candidi.

Bulbi palmati. Caulis 1-sesqui-pedalis. Folia lanceolato-acuminata, maculis nigris notata, rarius pura. Spica florum densa, conica, acuta. Bracteae lanceolato-acutae germen superantes, interdum flore etiam duplo longiores. Flores purpurascentes, petalis binis lateralibus et labello sanguineis maculis pictis. Petala duo interiora conniventia. Labium fere planum, lobis lateralibus apice dentatis, medio angustiore, productiore. Cornu cylindraceum, rectum, germine brevius, obtusum.

1107. Romana. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *t.* 3. (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 9.). Labio convexo trilobo, lobis sub-ovatis, crenatis, intermedio minore. apice deflexo, sub-emarginato: petalis exterioribus erectis, binis lateralibus retroflexis: cornu adscendente, germine longiore: bracteis florem superantibus.

O. bracteata. *Ten. Fl. Neap. Prod. p.* 52, (non W.) O. pseudo-sambucina. *Ten. Syn. nov. Pl. p.* 72.

In collibus aridis, ericetis circa urbem. *Nella Villa Pamfili, al Pigneto-Sacchetti, sul Monte Mario* ... Perenn. Floret Aprili. Fl. purpurascentes, vel albi.

Bulbi sub-palmati. Caulis pedalis circiter, striatus. Folia lanceolata valde angusta, fere linearia, pura, vix succulenta, sensim decrescentia. Bracteae lanceolato-acutae virides vel nigrescentes, folio supremo conformes, florem superantes. Petala 3 exteriora erecta, lateralibus prorsus retroflexis, supremo apice extus flexo; interiora conniventia. Labium sub-convexum, semi-trilobatum, lobis sub-ovatis, crenulatis, lateralibus latioribus, intermedio apice deorsum flexo, emarginato. Cornu conicum adscendens, germine duplo fere longius, apice obtuso, saepe etiam emarginato.

(414) SATYRIUM.

A. Sacculo scrotiformi subtus ad labii basim.

1108. Hircinum. *L.* Labio trifido, laciniis linearibus; lateralibus basi extus crispis; media longissima, apice bifida, tortili: bulbis sub-rotundis.

S. hircinum. *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois. G.* Orchis hircina. *Scop. Carn.* - *All. Ped.* - *W. Sp.* - *DC. Syn.* O. barbata foetida. *J. B. H.* 2. *p.* 756. - *Vaill. Par. t.* 30. *f.* 6. O. n. 1268. *Hall. Helv. t.* 25.

In pascuis sterilibus, et in umbrosis circa urbem frequens. *Nella Villa Borghese, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. albo-rubelli.

Bulbi sub-rotundi. Caulis 2-3-pedalis vel ultra. Folia lanceolata, inmaculata. Spica elongata multiflora. Bracteae lanceolato-acutae flore longiores. Petala obtusa, conniventia, albò-viridia, purpureo-striata. Labium sacculo germine 4-plo breviore, lamina 3-fida, antice alba, purpureo-guttata, pubescente, laciniis linearibus, ferrugineis, contortis, lateralibus basi extus crispis, intermedia sextuplo longiore apice bifida. Columna brevis, obtusa.

1109. Viride. *L.* Labio oblongo, apice trifido, laciniis lateralibus linearibus, intermedia brevissima, acuta: bracteis lanceolatis, flore longioribus: bulbis palmatis.

S. viride. *Smith Br.** - *Pers. E.* - *Lois G.* Orchis viridis.

W. Sp. - *DC. Syn.* O. n. 1269. *Hall. Helv. t.* 26. O. palmata batrachites. *Vaill. Par. t.* 31. *f.* 6, 7, 8.

In montosis umbrosis . *Sul Monte Gennaro* ... Perenn. Floret Junio , Julio . Fl. sub-virides.

Bulbi palmati . Caulis pedalis . Folia inferiora ovata, caulina lanceolata . Spica multiflora . Bracteae flore duplo etiam longiores , lanceolato acutae . Petala conniventia, viridia , apice fusco-purpura scentia . Labium luteo-fuscum, dependens, longitudine germinis, apice hinc et inde in duas lacinulas parallelas lineares angustissimas producto , dente acuto interjecto brevissimo , subtus sacculo scrotiformi minusculo .

B. Punctis binis callosis subtus ad labii basim . (*Aceras*) .

1110. Antropophora. *Pers. E.* Labio germine longiore , lineari, trifido, lacinia media elongata bifida : petalis conniventibus : caule folioso : bulbis sub-rotundis .

Ophrys antropophora . *L.* - *W. Sp.* - *Smith Br.** - *Lois. G.* - *DC. Syn.* Orchis antropophora . *All. Ped.* O. n. 1264. *Hall. Helv. t.* 23. O. flore nudi hominis effigiem repraesentans foemina . *Vaill. Par.* 147. *t.* 31. *f.* 19, 20. O. antropophora oreades . *Col. Ecphr.* 1. *p.* 320. *f.* 1.

In collibus , et in montosis frequens . *Sul Testaccio* , *nella Villa Borghese* , *sul Monte Gennaro* , *etc.* Perenn. Floret Majo , Junio . Fl. viridi-luteoli .

Bulbi 2 , subrotundi . Caulis 1-2-pedalis . Folia lanceolato-oblonga , nitida, omnia fere radicalia . Spica cylindrica, elongata , multiflora . Flores parvi , sub-cernui . Petala 3 exteriora ovata ; interiora bina angustiora , omnia in cupulam conniventia , viridi luteola , margine purpurascente . Labium basi subtus loco sacculi callis binis vix prominulis donatum, supra lateribus surrectis auriculatum, lamina exerta pendula germine sesqui-longiore luteola , laciniis sub-parallelis . Columna brevis obtusa . Odor gratus *Orchidis tephrosanthidis* .

(415) OPHRYS .

1111. Tenthredinifera . *W. Sp.* Labio lobis binis deflexis planis obcordato , villoso , supra emarginaturam barbato, appendicula minima interjecta sursum versa : petalis binis interioribus brevissimis , triangularibus , villosis : columna apice obtusa .

O. tenthredinifera . *Pers. E.* - *Bivon. Sic. Cent.* 2. *p.* 39. *t.* 4. (bona). O. insectifera A. rosea. *Desf. Atl.* 2 *p.* 320. Orchis ornifuciflora genata rubiginea, ambitu viridi . *Cup. Panph.* 1. *t.* 175.

Romae in sterilibus apricis . *Sul Testaccio in gran copia* , *nella Villa Borghese* , *etc.* Perenn. Floret Martio , Aprili .

Bulbi sub-rotundi. Caulis 2-5-pollicaris, foliosus. Folia ovata, viridia, striata. Bracteae flore sub-longiores, pallentes. Flores 3-5, speciosi. Petala patentia, rosea, vel carnea; exteriora carina virenti, ovata, supremum obtusum, ellipticum, interdum cavo-fornicatum; interiora triplo minora, triangularia, apice saepius recurvata, villosa. Labium obcordatum, ad basim hinc et inde protuberantia obtusiuscula munitum, dorso convexum, lobis deflexis, complanatis, integris, rotundatis; appendicula minima antice ad labelli emarginaturam interjecta, sursum flexa. Ambitus labelli totius luteo-virescens, villis albis brevibus vestitus, propius emarginaturam barbatus; dorsum purpureo-ferrugineum, velutinum, areola centrali glabriuscula, pallidiore, irregulari, albo-marginata. Columna porrecta, fornicata, petalo supremo duplo fere brevior, dorso fusco-virens, anterius luteola, apice obtusissimo, minime rostrato.

1112. Arachnites. *Huds.* Labio convexo, rotundato, villoso, antice sub-emarginato appendicula erecta triloba, postice gibbis binis acutis instructo: petalis binis interioribus minutis: columna brevi.

O. arachnites. *Host. Syn.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* O. infectifera ⲟ arachnites. *L. Sp.* Orchis araneam referens. *Vaill. Par. t.* 30. *f.* 10-13. (opt.) O. n. 1266. *Hall. Helv. t.* 24.

In collibus, ericetis circa urbem frequens. *Sul Monte Mario, alla Valle dell' Inferno, etc.* Perenn. Floret Junio.

Bulbi subrotundi. Caulis pedalis, sesqui-pedalis, foliosus. Folia lanceolata, laete viridia, striata. Bracteae foliaceae germine longiores. Flores 3-6, laxe spicati. Petala patentissima; 3 exteriora ovato-lanceolata, carnea, carina viridi; duo interiora triplo breviora lanceolata, obtusiuscula, sub-villosa, rosea. Labium ephippium non male simulans, dorso convexum, rotundatum, interdum sub-trilobum, dilatatum; protuberantiis binis acutis hinc et inde ad basim, holosericeum, purpureo-ferrugineum, centro macula glabra, pallidiore, angulata, orbiculum holosericeum circumscribente, notatum: limbo antice sub-emarginato, appendiculato, appendicula minima triloba, erecta, lutescente, glabra. Columa breviuscula, fornicata, dorso virens.

1113. Aranifera. *Huds.* Labio convexo-rotundato, villoso, lineolis binis longitudinalibus glabris notato, indiviso, vel trifido, segmento medio obovato, emarginato: gibbis binis acutis hinc inde ad basim.

O. aranifera. *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* - *Bertol. Pl. Gen.* 123. - *Bivon. Sic. Cent.* 2. *p.* 40.* O. fucifera. *Curt. Lond. fasc.* 6. *t.* 67. O. fuciflora. *Pers. E.* Or-

chis fucum referens, colore rubiginoso. *Vaill. Par. t.* 31. *f.* 15, 16, 16 *a*. Testiculus vulpinus secundus. *Lob. obs.* 88.

In sterilibus pascuis, collibus circa urbem vulgaris. Perenn. Floret Martio, Aprili.

Bulbi subrotundi. Caulis pedalis sesqui-pedalis, foliosus. Folia oblongo-lanceolata, cinereo-viridia, striata. Bracteae flore parum breviores, foliaceae, spathiformes. Flores 3-6, sparsi, rachi elongata. Petala 3 exteriora sub-virentia, ovato-lanceolata, carinata, margine revoluto; duo interiora linearia breviora, sordide rufescentia, margine undulato. Labellum rotundatum, convexum, indivisum vel trifidum, anterius emarginatum, muticum vel ex emarginatura breviter appendiculatum, ambitu, ut saepius, flavescens, glabrum, disco holosericeum fusco-purpureum, hinc et inde a basi protuberantia acuta, raro obsoleta lineisque binis longitudinalibus glabris lucidis e transversali parallele procurrentibus prope labelli centrum varie dilatatis. Columna porrecta acuta, fornicata.

Ophrys crucigera. Jacq. ic. rar. 1. t. 183. Coll. 1. p. 60., a Willdenowio uti Romani agri indigena recensita, species apud Botanicos adhuc dubia, forte lusus est *O. araniferae* lineis glabris crucis figuram quodammodo mentientibus. Nullam adhuc invenisse *Ophryden* distinctam vere crucem in labello gerentem nobis interea fatendum.

1114. Apifera. *Huds.* Labio villoso, trilobo; lobis lateralibus minoribus triangularibus deflexis, medio obovato ventricoso-convexo, ambitu trifido, lacinia terminali triangulo-subulata recurvata: petalis binis interioribus brevissimis.

O. apifera. *Smith Br.* - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Bertol. Pl. Gen.* 122. - *Vivian. Ann. Bot. P.* 2. *p.* 30. - *Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 62. Orchis fucum referens major foliolis superioribus candidis et purpurascentibus. *Vaill. Par.* 146. *t.* 30. *f.* 9.

In umbrosis collinis et montosis frequens. *Nella Villa Borghese, sul Monte Mario, nella Valle dell' Inferno, presso Albano, etc.* Perenn. Floret Majo, Junio.

Bulbi subrotundi. Caulis pedalis, sesquipedalis, foliosus. Folia late lanceolata. Bracteae florem subaequantes. Flores 3-5, apem effingentes, speciosi. Petala 3 exteriora patentissima, demum divaricata, ovata, alba, vel carnea, carina viridi; bina interiora quadruplo breviora, lanceolata, obtusa, virescentia, intus villosa. Labellum trilobum; lobis lateralibus triangularibus reflexis villosis; medio obovato convexo-ventricoso, velutino, purpureo-ferrugineo, flavo areolato, areola pulchre picta punctata et marginata, antice punctis binis flavescentibus glabris nitidis notato, ambitu subtus inflexo trifido, la-

ciniis lateralibus rotundatis, terminali elongata subulata, aut cuspidata, apice iterum antice recurvato. Columna majuscula, rostrata, virens, labii longitudine. –Varietatem labello ex toto flavo-virescenti, macula centrali pallidiore legimus: *fra Albano*, e *Palazzuola*.

(416) HELLEBORINE.

1115. Longipetala. *Ten. Syn. Nov. Pl. p.* 74. (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 10. *f.* 1.) Labio supra basim bicalloso; auriculis rotundatis inflexis, lobo terminali lanceolato acuminato barbato reflexo-pendulo: bracteis florem superantibus; spica elongata.

H. pseudo cordigera. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 1. *p.* 14. *t.* 4. *f.* 1. Orchis hetrusca lingua ferruginea pilosa. *Petiv. Gaz. t.* 128 *f.* 4.

In collibus solo aridissimo admodum frequens circa urbem: *Sul Testaccio*, *nella Villa Pamfili*, *a Villa Borghese*, *sul Monte Mario*, *etc.* Perenn. Floret Majo.

Bulbi obovati sub-tuberculosi. Caulis sesqui-pedalis, firmus, foliosus. Folia lanceolata, acuminata nervosa, superiora saepe rubro-violacea. Spica elongata 6-8-flora bracteis. majusculis lanceolatis, cucullato-convolutis, florem superantibus; extrinsecus praesertim rubro-sub-violaceis Petala parte labii erecta sesqui-longiora, acuminata, arcte conniventia, viridia vel sub-violacea. Labium basi callis binis oblongis parallelis prominulis instructum, parte erecta intus barbata, pallidula, lateribus ampliatis inflexis, rotundatis, purpureis, glabris: lobus terminalis exertus, lanceolatus vel ovato-lanceolatus, acuminatus, elongatus, superius barbatus, angulo acuto deflexus, et basi floris, germinique fere adpressus, rufescens, venis sub-violaceis exaratus.

1116. Cordigera. *Pers. E.* (*Fl. Rom. Prod. Tab.* 10. *f.* 2.) Labio supra basim bi-calloso, auriculis rotundatis inflexis, lobo terminali late cordato, barbato, deflexo: bracteis flore brevioribus; spica contracta.

H. cordigera. *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 1. *p.* 13. *t.* 4. *f.* 2. Serapias cordigera. *L.* - *W. Sp.* – *Pers. E.* – *Lois. G.*

In collibus arenosis circa urbem. *A' piedi del Monte Mario*, *nella Valle dell' Inferno* .... Perenn. Floret Majo.

Bulbi sub-rotundi vix tuberculosi. Caulis pedalis et ultra. Folia lanceolato-acuminata, angusta, nervosa. Spica terminalis sub-5-flora. Bracteae foliaceae cinereo-rubentes, flore breviores. Petala lanceolato-acuminata, parte erecta labii parum longiora, conniventia, cinereo-rubella. Labium ad basim callis binis, oblongis, prominulis, parallelis; auriculis inflexis, rotundatis, atris: lobus terminalis exertus, ortu barbatus, latus, cordato-ovatus, acu-

minatus, atro-rubens, venis saturatioribus pictus, deflexus.

Figura tertia tabulae 128. *Petiv. Cazoph.* hanc speciem quoad labelli formam referret si fauce barbata donaretur: figura quarta ejusdem tabulae ab auctoribus huc citata praecedentem potius imitari visa est.

1117. Lingua. *Pers. E.* Labio supra basim callo sub-elliptico elevato: auriculis rotundatis inflexis; lobo terminali ovato-lanceolato, acuminato, glabriusculo, sub-nutante.

Serapias lingua. *L. - Desf. Atl. - W. Sp. - Lois. G. - DC. Syn.* Orchis lingua. *All. Ped.* O. montana italica flore ferrugineo, lingua oblonga. *C. B. Prod.* 29. - *Petiv. Gaz. t.* 128. *f.* 2. - *Moris. H.* 3. *s.* 12. *t.* 14. *f.* 21.

In collibus, arvis sterilibus circa urbem communis. *Nella Villa Pamfili in copia, etc.* Perenn. Floret Majo.

Bulbi sub-rotundi. Caulis semipedalis, vel ultra. Folia angusta, acuta. Spica 4-5-flora. Bracteae acuminatae, cucullato-convolutae, flore breviores. Petala parte labii erecta parum longiora, arete conniventia, pallide rubro-violacea. Labium basi callo conspicuo subelliptico, superius complanato, atro-purpureo, nitido, prominentiis binis adjectis hinc et inde columnae contiguis; auriculae rotundatae inflexae, atro-purpureae. Lobus terminalis ovato-lanceolatus, acuminatus, superne roseus, venis saturatioribus pictus, glaber, interdum leviter puberulus, subnutans, vel deflexus angulo obtuso cum flore.

Orchis macrophylla. Column. Ecphr. 1. p. 321. t. 322. videtur esse lusus hujus speciei foliis angustioribus elongatis.

Sect. II. Antheris capsulae formibus, longitudinaliter dehiscentibus.

(417) NEOTTIA.

1118. Spiralis. *Swartz.* Labello ovato, crispato, crenulato: spica tortili, floribus secundis: foliis radicalibus sub-petiolatis oblongis. *Pers. E.*

N. spiralis. *W. Sp. - DC. Fl. Fr. et Syn. - Biv. Sic. Cent.* 1. *p.* 57. Ophrys spiralis. *L. - Smith Br. - Lois. G.* Epipactis spiralis. *All. Ped.* Testiculus odoratus major et minor. *Dod. Pempt.* 239. Orchiastrum aestivum palustre, album, odoratum. *Mich. N. Pl. G.* 30. *t.* 26.

In pratis, pascuis apricis frequens. *A Villa Pamfili, Villa Borghese. etc.* Perenn. Floret Octobri.

Bulbi sub-ovati. Surculum radicale a caule distinctum foliis 3, 4 ovatis, nervosis, glaucescentibus. Caulis semipedalis, pedalis, gracilis, bracteis vaginantibus vestitus, superne pubescens. Spica terminalis 2-3-pollicaris floribus parvis, numerosis, spiraliter secundis, albis, mi-

cantibus, suaveolentibus. Bracteae concavae inflexae, lanceolatae, acuminatae, florem subaequantes. Petala 3 superiora conniventia, apice libera, lanceolato-obtusa; lateralia patula, latiora. Labium oblongum, petalis aequale, obsolete crenatum, disco virescens, ob marginem lateralem surrectum canaliculatum.

(418) SERAPIAS.

1119. Latifolia. *Murr. S. Veg.* Foliis ovatis, amplexicaulibus; bracteis inferioribus flore longioribus: floribus cernuis; labio integerrimo acuminato petalis breviore: germinibus pubescentibus.

S. latifolia. *Scop. Carn.* - *Smith Br.**-*Pers. E.*-*Lois. G.* - Epipactis latifolia. *All. Ped.* - *W. Sp.* - *DC. Syn.* E. n. 1297. *Hall. Helv.* t. 40. Damasonium flore mixto. *Riv. hex.* t. 6.

In sylvaticis. *Nella Macchia di Marco-Simone* .... varietas minor floribus albidis frequentior, *sui Monti Tusculani, sul Monte Gennaro, a Villa Pamfili, etc.* Perenn. Floret Majo.

Radix repens, fibris simplicibus, carnosis, pubescentibus; Caulis 1-2-pedalis et ultra, pubescens. Folia late-ovata, infimum minus, infundibuliforme. Spica elongata, multiflora: bracteae lanceolatae, inferiores flore longiores, supremae breviores. Flores cernui fusco-purpurascentes, petalis ovatis, acutis, conniventibus. Labium petala vix aequans, lobo terminali deflexo, cordato-acuminato, integerrimo, purpureo, disco flavescente. Germen inferius attenuatum pubescens. Variat foliis brevibus, spica minore, floribus albidis.

1120. Grandiflora. *L. Mant.* Foliis ovato-ellipticis, amplexicaulibus: bracteis inferioribus flore longioribus: floribus erectis; labio integerrimo, obtuso, petalis breviore.

S. grandiflora. *Scop. Carn.* - *Smith Br.** - *Pers. E.* S. lonchophyllum. *Linn. Suppl.* 405. Serapias lancifolia. *Murr. S. Veg.*-*Lois. G.* Epipactis grandiflora. *All. Ped.* E. pallens. *W. Sp.* E. lancifolia. *DC. Fl. Fr. et Syn.* E. n. 1298. *Hall. Helv.* t. 41. Helleborine alba barba luteola. *Riv. hex.* t. 4.

In nemorosis, umbrosis. *Nel boschetto della Villa Ceva lungo il Tevere*. Perenn. Floret Majo.

Radix repens. Caulis sub-pedalis, glaber. Folia ovata vel lanceolato-elliptica, basi sub-amplexicaulia. Bracteae inferiores florem superantes, supremae germen subaequantes. Spica sub-5-flora, floribus erectis, grandibus, albis. Petala sub-patentia, alba. Labium petalis parum brevius; lobo terminali porrecto, cordato, integerrimo.

obtuso, lineis 3-5 longitudinalibus flavis elevatis notato. Germen sub-glabrum.

1121. Ensifolia. *Murr. S. Veg.* Foliis lanceolatis acuminatis, amplexicaulibus, sub-distichis: bracteis minutis germine glabro brevioribus: floribus erectis: labio obtuso, petalis multo breviore.

S. ensifolia. *Smith Br.** *-Pers. E. - Lois G.* S. xiphophyllum. *Linn. Suppl.* 404. S. grandiflora. *Fl. Dan. t.* 506. Epipactis ensifolia. *Swartz. - W. Sp. - DC. Syn.* Damasonium flore albo. *Riv. hex. t.* 5.

In sylvaticis collinis et montosis communis. *Sul Monte Mario, a Villa Pamfili, sui monti Albani, Tusculani. Sabini, etc.* Perenn. Floret Aprili, Majo.

Radix e fibris carnosis, vix repens. Caulis pedalis. Folia lanceolata, elongata, valide nervosa, infima minora, disticha saepius disposita. Flores laxe spicati, erectiusculi. Bracteae acutae, minutae; infima germen subaequans. Labium petalis duplo fere brevius, lobo terminali obtusiusculo, sulcato, antice flavo. Germen glabrum.

1122. Rubra. *Murr. S. Veg.* Foliis lanceolato-oblongis, amplexicaulibus, bracteis germine glabro sub-longioribus: floribus erectis; labio acuto, lineis elevatis undulato.

S. rubra. *Smith Br.** *- Pers. E. - Lois. G.* Epipactis rubra. *All. Ped. - Swartz. - W. Sp. - DC. Syn.* E. n. 1299. *Hall. Helv. t.* 42. Damasonium flore roseo. *Riv. hex. t.* 6.

In montium sylvis. *Sul Monte Gennaro, sui monti Tusculani ....* Perenn. Floret Aprili.

Radix repens, carnosa. Caulis gracilis, pubescens, subpedalis. Bracteae lanceolatae germen vel florem aequantes. Flores spicati, erecti; petalis acuminatis, intense roseis. Labium petalorum fere longitudine, inferne albidum, lobo terminali lanceolato, acuto, intense roseo, antice lineis elevatis undulatis flavescentibus notato. Germen glabrum.

(419) EPIPACTIS.

1123. Nidus-avis. *All. Ped.* Caule aphyllo, vaginato: labello obcordato, petalis obtusis duplo longiore. *W. Sp. - DC. Syn.*

E. nidus-avis. *Pers. E.* Ophrys nidus-avis. *L. - Smith Br.** *- Lois. G.* E. n. 1290. *Hall. Helv. t.* 37. Pseudo-leimodoron. *Clus. H. p.* 270. Neottia. *Dodon. Pempt.* 553.

In opacis montium sylvis. *Sul Monte Albano, sui Monti Tusculani, sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Aprili, Majo.

Bulbi fibroso-fasciculati. Planta tota fusca. Caulis fistulosus, sub-pedalis, squamis alternis vaginatus. Spica floribus pedicellatis numerosis, inferne laxa. Bracteae pe-

dicellis sub-duplo longiores. Petala patentiusenla, concava. Labium basi concavum, lamina exporrecta pendente biloba, lobis divaricatis basi unidentatis.

1124. Ovata. *All. Ped.* Caule bifolio; foliis ovatis, oppositis: labello bifido, lineari, petalis obtusis triplo longiore. *W. Sp.-DC. Syn.*

E. ovata. *Pers. E.* Ophrys ovata. *L.-Smith Br.* - Lois. G. E.* n. 1291. *Hall. Helv.* t. 37. Orchis bifolia. *Hort. Rom.* 7. t. 72.

In montium sylvis. *Sui Monti Tusculani, Tiburtini, sul Monte Gennaro, etc.* Perenn. Floret Majo, Junio.

Bulbi e fasciculis binis fibrarum simplicium. Caulis 12-15-pollicaris; foliis binis oppositis, raro ternis, ellipticis, nervosis. Spica 3-5-pollicaris, floribus laxiusculis, viridi-luteolis. Bracteae brevissimae. Petala obtusa, patula. Labium, basi angustatum margine utrinque levissime surrecto, lamina dependente, planiuscula, semi-bifida, segmentis rectis. Capsula sub-globosa.

(420) LIMODORUM.

1125. Abortivum. *Swartz.* Aphyllum: scapo vaginato; petalis erectis, labello ovato undulato; cornu subulato germinis longitudine. *Swartz. N. Act. Holm.* 6.- *W. Sp.*

L. abortivum. *DC. Syn.* Orchis abortiva. *L. - Lois. G.* Serapias abortiva. *Scop. Carn.* - *Pers. E.* Epipactis abortiva. *All. Ped.* E. n. 1288. *Hall. Helv.* t. 36.

In collibus circa urbem frequens. *Nella Villa Panfili, sulla Cima del Monte Mario, a Bracciano presso il lago ....* Perenn. Floret Majo, Junio.

Bulbi fasciculati. Caules plures, erecti, teretes, solidi, cubitales, squamis foliaceis viridi-violaceis vaginantibus induti: Bracteae foliaceae, oblongo-lanceolatae, germen subaequantes. Flores 5-8 violacei, spicati. Petala 5 erecta; tria exteriora oblongo-lanceolata, intermedio fornicato; duo interiora lineari-acuta. Labium lamina planiuscula, ovata, indivisa, margine undulata, disco albida lineolis violaceis picta. Cornu subulatum germinis longitudine. Columna erecta crassa, semi-cylindrica, superius dilatata, antice circa os stigmatis viscido-humens. Anthera majuscula, subrotunda, terminalis, bilocularis. Pollen farinosum, luteum.

GYNANDRIA HEXANDRIA.

(421) ARISTOLOCHIA.

1126. Rotunda. *L.* Pedunculis solitariis: corollis erectis, labio oblongo, retuso: foliis cordatis, ovatis, obtusis: caule erectiusculo, sub-simplici. *W. Sp. - Pers. E.*

A. rotunda. *All. Ped. Add.-Lois. G.* - *DC.Syn.* - *Clus. H.*70.- *Dod. Pempt.* 324. - *Hort. Rom.* 2. *t.* 80.

In nemorosis, dumetis circa urbem communis. Perenn. Floret Majo. Junio. Fl. fusci.

1127. Clematitis. *L.* Pedunculis axillaribus confertis: foliis reniformi-cordatis, petiolatis: caule erecto.

A. clematitis. *All. Ped.* - *Smith Br.** - *W. Sp.* - *Pers. E.* - *Lois. G.* - *DC. Syn.* A. clematitis vulgaris. *Clus. H.* 71.

In nemorosis, maritimis ericetis. *Presso Fiumicino, etc.* Perenn. Floret Majo. Fl. luteo-virentes.

CLASSIS XX.

MONOECIA.

ORD. MONANDRIA.

(422) *ZANNICHELIA* Masc. *Calix nullus*. *Corolla nulla*. Foem. *Calix 1-phyllus. Corolla nulla*. *Germina (saepius) 4, stylo persistenti, stigmate plano, peltato Capsulae monospermae, sessiles, compressae, hinc gibbosae*.

(423) *CHARA*. Masc. *Calix nullus*. *Corolla nulla*. *Anthera globosa, sessilis*. Foem. *Calix nullus*. *Corolla nulla, stylus nullus*. *Stigmata 5. Bacca 1-locularis, polysperma, crustacea*.

(424) *NAJAS*. Masc. *Calix bilobus, interdum nullus*. *Corolla nulla*. *Stamen unicum apice quadri-valve*. Foem. *Calix nullus*. *Corolla nulla*. *Stylus subulatus*. *Stigmata 2-3. Capsula ovoidea, 1-4-sperma*.

ORD. DIANDRIA.

(425) *LEMNA*. Masc. *Calix monophyllus*. *Corolla nulla*. Foem. *Calix monophyllus*. *Corolla nulla*. *Stylus 1. Capsula 1-2-locularis, 2-4-sperma*.

ORD. TRIANDRIA.

(426) *TYPHA*. Fl. masc. *in amento cylindraceo terminales*. *Calix obsolete triphyllus*. *Corolla nulla*. *Antherae subternae in filamento communi*. Fl. foem. *in amento cylindraceo infra masculos*. *Calix nullus. Corolla nulla*. *Semen unicum, pedicello papposo*.

(427) *SPARGANIUM*. *Florum capituli subrotundi, superiores masculini, inferiores foeminei*. Masc. *Calix triphyllus*. *Corolla nulla*. Foem. *Calix triphyllus*. *Corolla nulla*. *Drupa monosperma, turbinata*.

(428) *CAREX*. *Flores monoici, uniglumes, imbricati in spiculis androgynis, aut unisexualibus; raro dioici*. Foem. *Capsula urceolata, persistens, apice inhians, semen includens*. *Stigmata 2, 3*.

ORD. TETRANDRIA.

(429) *ALNUS*. Masc. *Amenta elongato-cylindrica*. *Squamae pedicellatae cordiformes, subtus squamulis ternis unifio-*

ris instructae. *Corolla 4-partita*. Foem. *Amenta ovato-globosa*. *Squamae cuneiformes*, *biflorae*. *Corolla nulla*. *Nux compressa*, *bilocularis*, *disperma*.

(430) *BUXUS*. Masc. *Calix 3-phyllus*. *Petala duo*. *Germinis rudimentum*. Foem. *Calix 4-phyllus*. *Petala 3*. *Styli 3*. *Capsula birostris*, *3-locularis*; *loculis dispermis*.

(431) *URTICA*. Fl. masc. *racemosi*. *Calix 4-phyllus*. *Corolla nulla*. *Pistilli rudimentum cyathiforme*. Fl foem. *racemosi*, *vel capitati*. *Calix 2-valvis*. *Corolla nulla*. *Semen* 1, *calyce cinctum*.

(432) *PARIETARIA*. *Flores polygamo-monoici*. Hermaphr. *Calix 4-fidus*. *Corolla nulla*. *Stamina elastica*. *Stylus* 1. *Semen* 1, *superum*, *calyce elongato tectum*. Foem. *conformes*, *immutati*.–*Involucrum multifidum* 3- 5-*florum*, *flore centrali foemineo*.

ORD. PENTANDRIA.

(433) *XANTHIUM*. Masc. *Calix communis imbricatus*. *Corollulae monopetalae*, *infundibuliformes*, *quinquefidae*. *Receptaculum paleaceum*. Foem. *Calix diphyllus*, *uniflorus*. *Corolla nulla*. *Drupa sicca*, *muricata*, 2-*fida*. *Nucleus* 2-*locularis*.

(434) *AMARANTHUS*. Masc. *Calix* 3-, *vel* 5-*phyllus*. *Corolla nulla*. *Stamina* 3, *vel* 5. Foem. *Calix maris*. *Corolla nulla*. *Styli* 3. *Capsula* 1-*locularis*, *monosperma*, *circumscissa*.

ORD. POLYANDRIA.

(435) *MYRIOPHYLLUM*. Masc. *Calix 4-fidus*. *Petala* 4, *caduca*. *Stamina* 8. Foem. *conformes*. *Gremina* 4, *libera*, *stigmatibus sessilibus*. *Nuces* 4, *monospermae*.

(436) *THELYGONUM*. Masc. *Calix bifidus*. *Corolla nulla*. *Stamina circiter* 12. Foem. *Calix bifidus*. *Corolla nulla*. *Pistillum unicum*, *stigmate simplici*. *Capsula coriacea*, *monolocularis*, *monosperma*, *globosa*.

(437) *POTERIUM*. Masc. *Calix 3-phyllus*. *Corolla 4-partita*. *Stamina ultra* 30. Foem. *conformes*. *Pistilli duo*, *stigmatibus penicillatis*. *Semina* 2, *calyce capsulaeformi inclusa*.

(438) *JUGLANS*. Masc. *Amentum imbricatum*. *Calix squama duplex*, *interior 6-fida*, *exterior triangularis*. *Stamina* 12-24. Foem. *flores solitarii*. *Calix 4-fidus superus*. *Styli duo*. *Drupa coriacea*, *nucleo osseo*, *rugoso*. *Semen* 1, *sinuatum*, *semi-4-lobum*.

(439) *QUERCUS*. Masc. *Flores in amento laxo*. *Calix campa-*

nulatus, *lobatus*. *Corolla nulla*. *Stamina* 5-10. Foem. *Flores sessiles vel in racemulo paucifloro*. *Calix hemisphaericus integer*, *coriaceus*, *scaber*, *squamis coadunatis constans*. *Stylus* 1. *Stigmata* 3. *Glans*, *seu nux* 1-*sperma*, *coriacea*, *basi calyce persistente cincta*.

(440) *CORYLUS*. Masc. *Amentum cylindricum*, *imbricatum*. *Calix squama trilobata*, *lacinia media latiore*. *Corolla nulla*. *Stamina* 8. Foem. *Flores plures in gemma squamosa*. *Calix monophyllus*, *bilobus margine lacero*. *Corolla nulla*. *Stigmata* 2. *Nux ovata*, *laevis*, 1-*locularis*, *calyce demum ampliato sub-coriaceo cincta*.

(441) *FAGUS*. Masc. *Amenta globosa*. *Calix campanulatus*, *sexlobatus*. *Corolla nulla*. *Stamina* 8. Foem. *Involucrum* 4-*lobum*, *echinatum*, *biflorum*. *Calix* 6-*partitus*, *tomentosus*. *Corolla nulla*. *Stigmata* 3. *Nux triquetra* 1-*locularis*, 1-2-*sperma*.

(442) *CASTANEA*. Masc. *Flores glomerati in amento cylindrico longissimo*. *Calix* 6-*partitus*. *Stamina* 5-20. Herm. *Involucrum* 4-*lobum*, *spinis compositis muricatum*, *sub*-3-*florum*. *Calix* 5-6-*lobus*. *Stamina abortiva*. *Styli* 6, *persistentes*. *Nux* 1-*locularis*, 1-3-*sperma*, *coriacea*.

